IOANNIS ZONARAE
Magni Drungarij Biglæ, & primarij à ſecretis, Tomus ſecundus, quo Romana hiſtoria ab Vrbe condita uſque ad Conſtantinum Magnum, breuiter perſtringitur:

HIERONYMO VVOLFIO
interprete.

Cum rerum & uerborum memorabilium
INDICE copioſo.



. 1557.

περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων.

Ῥωμαίων δὲ μνησθείσης τῆς ἱστορίας, καὶ τούτοις κράτος ἀναθεμένης ἀήττητον, ἀναγκαῖον πάντως εἰπεῖν καὶ διδάξαι, ἢ ἀναμνῆσαι τοὺς ἐντευξομένους τούτῳ δὴ τῷ συγγράμματι, τίνες τε οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ὅθεν τούτων ἔθνος συνέστη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πόθεν τὴν κλῆσιν ἔσχε, καὶ τίσι πολιτείαις ἐχρήσατο, καὶ οἵαις τύχαις ἐνέκυρσε, καὶ ὅπως πρὸς ὕψος εἰς εὐδαιμονίας ἀκρότητα, ὡς μικροῦ κυριεῦσαι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων σχεδὸν ἀναδείξασθαι, καὶ ὅπως βασιλευθεῖσα ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἀριστοκρατίαν ἤτοι δικτατωρείας καὶ ὑπατείας μετέπεσε, καὶ εἰς δημοκρατίαν αὖθις μετῆλθεν, εἶτα εἰς μοναρχίαν ἐπανελήλυθε. ῥητέον μὲν τοίνυν καὶ περὶ τούτων, καὶ διηγητέον, ὡς ἐνὸν ὑποτέμνοντι τὸ πλάτος τῆς διηγήσεως, καὶ τὴν μακρηγορίαν συστέλλοντι, ἵν' ἄγοι εὐσύνοπτα τὰ τῆς ἱστορίας, καὶ τὴν τῶν ὑπόντων τούτῳ μνήμην μὴ διαφεύγοιεν.

περὶ λατίνων. Αἰνείας μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον πρὸς Ἀβοριγῖνας ἀφίκετο, οἳ πρώην τὴν χώραν ᾤκουν, καθ' ἣν ἡ Ῥώμη πεπόλισται, Λατίνου τοῦ Φαύνου τότε τῆς τούτων ἀρχὴν ἔχοντος· καὶ προσέσχε Λαυρεντῷ κατὰ τὸν Νουμίκιον ποταμόν, ἔνθα κατά τι δὴ θεοπρόπιον λεγόμενον παρασκευάζεσθαι ποιήσασθαι τὴν κατοίκησιν. ὁ δὲ τῆς χώρας ἄρχων Λατῖνος, ἀπεῖργε τὸν Αἰνείαν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ καθίδρυσιν, καὶ συμβαλὼν ἡττᾶται. εἶτα δὲ ὀνειράτων φανέντων ἀμφοῖν καταλλάττονται, καὶ τῆς κατοικήσεως αὐτῷ παραχωρεῖ. καὶ τὴν θυγατέρα Λαβινίαν εἰς γάμον ἐκδίδωσιν, ἔνθα πόλιν ὁ Αἰνείας οἰκοδομήσας, ὠνόμασε Λαβίνιον, ἥ τε χώρα Λάτιον ἐπεκλήθη, *περὶ ῥουτούλων.* καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἐκεῖ Λατῖνοι προσηγορεύθησαν. Ῥουτοῦλοι δὲ ὁμοροῦντες τῇ χώρᾳ ἐκ πόλεως Ἀρδέας ὁρμώμενοι, καὶ πρόσθεν δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς Λατίνους, καὶ τότε πόλεμον ἤραντο, ἐπαρήγοντος αὐτοῖς καὶ Τύρνου, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ τῷ Λατίνῳ προσήκοντος, ὃς δι' ὀργῆς τὸν Λατῖνον πεποίητο διὰ τὸν Λαβινίας γάμον· ἐκείνῳ γὰρ ἡ κόρη προωμολόγητο. μάχης οὖν γενομένης, πίπτουσιν ὅ τε Τύρνος καὶ ὁ Λατῖνος· τὴν δὲ νίκην ὁ Αἰνείας ἐκομίσατο, καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ βασιλείαν. μετὰ δέ τινα χρόνον συμμαχίας ἐκ Τυρρηνῶν οἱ Ῥουτοῦλοι τυχόντες, ἐπῆλθον τῷ Αἰνείᾳ, καὶ τὸν πόλεμον νενικήκασιν. *ὅπως ὁ αἰνέας ἐνομίσθη θεός.* ἀφανὴς δὲ ὁ Αἰνείας γενόμενος (οὔτε γὰρ ζῶν ὤφθη ἔτι, οὔτε μὴν τεθνεώς) ὡς θεὸς παρὰ Λατίνοις τετίμηται. ἐντεῦθεν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τοῦ σφετέρου γένους ἀρχηγέτης νενόμισται, καὶ Αἰνειάδαι καλεῖσθαι αὐχοῦσι. τὴν δὲ τῶν Λατίνων ἀρχὴν ὁ ἐκείνου υἱὸς Ἀσκάνιος διεδέξατο, ὃς οἴκοθεν συνείπετο τῷ πατρί. οὐδέπω γὰρ ἐκ τῆς Λαβινίας παῖδα ἐγείνατο, ἔγκυον δ' αὐτὴν κατελελοίπει. τὸν δὲ Ἀσκάνιον κατακλείσαντες οἱ πολέμιοι, ἐπολιόρκουν. νύκτωρ δ' οἱ Λατῖνοι αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, τήν τε πολιορκίαν ἔλυσαν, καὶ τὸν πόλεμον. *περὶ ἄλβας τῆς λόνγας, καὶ πῶς οὕτως ἐκλήθη.* χρόνου δὲ διεληλυθότος πληθυνθέντες οἱ Λατῖνοι, τὴν μὲν πόλιν τὸ Λαβίνιον οἱ πλείονες ἐκλελοίπασιν, ἑτέραν δ' ἐν ἀμείνονι χώρᾳ ἀν-

De Romanorum primordijs.

Romanæ hiſtoriæ procemiũ. Iam cum Romanorum mentionẽ fecerit hiſtoria, eisq́ potẽtiam inuictã tribuerit: omnino neceſſarium eſt dicere ac docere, aut admonere Lectores, qui ſint Romani, quæ gentis origo, unde nomen habeat, quibus Rerumpublicarum formis uſa, quibus caſibus iactata ſit, quibus rationib. ad ſummam felicitatem aſcenderit, ut toti ferè terrarum orbi imperarit, ſuamq́ poteſtatem ad omnes penè propagarit: & ut principiò regibus paruerit, ac pòſt ad optimatium poteſtatem, ſiue dictaturam & conſulatum reciderit: deinde rurſus ad Democratiã deuoluta, mox ad Monarchiam ſit reuerſa. De his igitur etiam dicẽdum eſt, prolixitate narrationis, quantum fieri poteſt, in compendium contracta, uitataq́ uerborum multitudine: ut hiſtoria & facilè intelligi, & memoria teneri queat.

Aeneæ res in Italia geſtæ. Aeneas poſt Troianum bellum ad Aborigines uenit, qui eam regionem, in qua Roma ſita eſt, olim tenuerunt, Latino Fauni filio regnante: & Laurenti iuxta fluuium Numicium appulit, ubi ex oraculo quodam conſidére uoluit. Quod eius loci rex Latinus prohibiturus, commiſſo prælio uincitur. Deinde per ſomnia, quæ uterque uiderant, reconciliati ſunt: ac Latinus conceſſo habitandi locò, filiam Lauiniam Aeneæ in matrimonium collocat, de cuius nomine urbem à ſe conditam Aeneas Lauinium nominat; regio Latium, populus Latini appellati. Rutuli gens finitima, urbe Ardea oriundi, antè infenſi Latinis, tum quoque bellum intulerunt, adiuuante Turno uiro illuſtri, cognato Latini, cui ob Lauiniæ nuptias iratus erat, ſibi prius deſponſæ. Pugna inita & Latinus & Turnus cadunt, Aenea & uictoriam & ſoceri regnum adepto. Aliquanto pòſt Rutuli, aſcitis Tyrrhenorum auxilijs, Aeneam uicerunt: qui cum neque uiuens neque mortuus uſquam uideretur, à Latinis pro deo cultus eſt. Hic Romanæ quoque gentis author perhibetur, Aeneadum appellationem honorificam ſibi ducentis. Aeneæ in regno Latinorum Aſcanius filius, Troia patrem ſecutus, ſucceſsit. Necdum enim filium ei Lauinia pepererat, prægnans relicta. Cum Aſcanium hoſtes obſiderent, Latini eos noctu adorti, & obſidionem & bellum propulſarunt. Annis aliquot elapſis, abundante Lauinij multitudine, plerıq́ eo relicto, *Alba lõga.* Albam longam in loco meliore con

diderunt. Aſcanio defuncto, Latini Syluium Aeneæ ex Lauinia filium, in regno, Aſcanij filio, propter aui Latini memoriam, prætulerũt. Syluius Aeneam creat, is deinde Latinum, Latino ſucceſsit † Padys. Tiberinus, qui pòſt regnauit, in fluuio Albula ſubmerſus eſt: qui fluuius Romam perfluens, & urbi ad plurimos uſus opportunus atq; utiliſsimus, ab illo Tyberis nomẽ accepit. E Tyberini poſteris ortus eſt Amulius, homo ſuperbus, ſeq; pro Deo uenditare auſus: qui cum machinis quibuſdam tonitrua tonitribus, fulgura fulguribus referret, ac fulmina iacularetur, ſubita inundatione paludis, ad quã habitabat, perijt, unà cum regia demerſus. Luentinus filius eius in bello cæſus eſt. Atq; hæc de Lauinio & Albanis. Romani uerò ortũ duxerũt à Numitore & Amulio Luentini nepotibus, Aeneæ poſteris. Ad quos cum Albani regni ſucceſsio pertineret, regnũ & pecuniam diuidere uoluerunt. Amulius igitur regno ſeorſim poſito, ac pecunia itidẽ, optione fratri alteriuſutrius data, Numitor ut natu maior, regnũ elegit. Amulius uerò pecunia accepta, cõparatiſq; copijs, etiam regnum ſibi uendicauit. Numitoris filiæ, ueritus ne ex ea nati filij contra ſe inſurgerẽt, cum eam Veſtalẽ legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus adimit. Sed pòſt compreſſa à Marte, ut fabulantur, ab homine utiq; aliquo, & in cuſtodiã data, ne fœtum clam ederet, gemellos magnos & elegantes peperit. Qua re magis territus Amulius, infantes exponi iuſsit. Quos miniſter alueo impoſitos, in Tyberim fluuium abijcit. Cæterùm alueo in locum mollem delato, lupam ferunt infantibus mammas præbuiſſe, & picum martium cuſtodem acceſsiſſe, qui eis bolos in ora ingeſſerit. Infantes illic ſitos, Fauſtulus Amulij ſubulcus clam ſublatos, uxori Laurentiæ educandos dedit: alterumq; Romulum, alterum Remum appellauit. Quidã aſſerunt (idq; probabilius, atq; adeò uerius eſt) non lupã eorum nutricem fuiſſe: ſed Laurentiã uulgato corpore lupam uocatam, locum fabulæ dediſſe. Cum primùm adoleuit ætas, ambo animoſi & fortes euaſerunt: ſed Romulus ingenio præſtare uiſus, & ad imperandum quàm ad obtemperandum aptior habitus eſt. Exorta igitur inter Numitoris & Amulij paſtores rixa, fratres illos cædunt, & magnã armenti partẽ abigunt. Poſtridie Numitoris paſtores Remũ cũ paucis alijs ambulantẽ ex inſidijs adorti, ad Numitorem pertrahũt: qui Amuliũ fratrẽ precatus eſt, ut ſibi ius ſuũ tribueretur, ab illius domeſticis inſigni affecto iniuria. Is Numitori Remũ ad ſupplicium dedit. Qui domũ regreſſus, cum adoleſcentẽ magnitudine & robore præſtantẽ uideret, eiusq; fidentiã, & minimè ſeruilẽ indolẽ miraretur,

Atys [margin note at "† Padys"]

Amulius. *Numitor.* *Amulius.* *Rhea.* *Romulus.* *Remus.* [margin notes]

τηκοδόμησαν, ἣν ἄλβαν ἐκ τῆς λευκότητος, καὶ ἀπὸ τοῦ μήκους λόγγαν ἐπωνόμασαν, ὅπερ ἂν ἑλληνιστὶ λευκὴν καὶ μακράν. ἀσκανίου δὲ τελευτήσαντος, οἱ λατῖνοι τὸν ἐκ τῆς λαουινίας τοῦ αἰνείου υἱὸν εἰς τὴν βασιλείαν προετιμήσαντο τοῦ ἀσκανίου παιδός, διὰ τὸν πάππον τὸν λατῖνον τοῦτον προκρίναντες, σιλούιον κεκλημένον. ἐκ σιλουίου δὲ ἐτέχθη αἰνείας, ἐξ αἰνείου δὲ λατῖνος ἐγένετο, λατῖνον δὲ διεδέξατο * πάδης. τιβερῖνος δ' ἄρξας μετέπειτα, ἐν ποταμῷ καλουμένῳ ἀλβούλᾳ πεσὼν, διεφθάρη· ὃς δὴ ποταμὸς τίβερις ἐξ ἐκείνου μετωνομάσθη, ῥέων διὰ τῆς ῥώμης, καὶ τῇ πόλει πολυαρκέστατος, καὶ ῥωμαίοις ἂν τὰ μάλιστα χρησιμώτατος. ἔκγονος δὲ τοῦ τιβερίνου ἀμούλιος, ὃς ὑπερφρονήσας καὶ θεοῦν ἑαυτὸν τολμήσας, ὡς βροντάς τε ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντιπαταγεῖν, καὶ ἀντιαστράπτειν ταῖς ἀστραπαῖς, ἐνσκήπτειν τε κεραυνοὺς, διεφθάρη, τῆς λίμνης παρ' ἣ τὰ αὐτοῦ βασίλεια ἵδρυτο ὑπερχυθείσης αἰφνίδιον, καὶ καταποντισάσης ἐκεῖνόν τε καὶ τὰ βασίλεια. λουεντῖνος δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν πολέμῳ ἀπέθανε. καὶ ταῦτα μὲν περὶ λαουινίου καὶ ἀλβανῶν. τὰ δὲ τῶν ῥωμαίων ἀρχὴν ἐσχήκασι τὸν νομίτορά τε καὶ τὸν ἀμούλιον, οἱ λουεντίνου μὲν ἐγένοντο ἔγγονοι, τοῦ δὲ αἰνείου δὲ ἀπόγονοι. τῆς γοῦν ἐν ἄλβῃ βασιλείας κατὰ διαδοχὴν περιελθούσης αὐτοῖς, νέμασθαι ταύτην ἠθέλησαν κατὰ χρήματα. τοῦ ἀμουλίου τοίνυν ἰδίᾳ μὲν τὰ χρήματα θέντος, ἰδίᾳ δέ γε τὴν βασιλείαν, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ἀδελφὸν προτρεψαμένου, ὃ πρὸς βουλῆς αὐτῷ ἀπολέξασθαι, τὴν βασιλείαν εἵλετο ὁ νομίτωρ, ἅτε καὶ πρεσβύτερος ἀδελφός. λαβὼν δὲ τὰ χρήματα ὁ ἀμούλιος, καὶ δύναμιν ἐκ τούτων περιβαλλόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀφείλετο. θυγατρὸς δὲ τῷ νομίτορι οὔσης, δεδιὼς μὴ παῖδες ἐξ αὐτῆς γένοιντο, καὶ κατεξανασταῖεν αὐτοῦ, ἱέρειαν τῆς ἑστίας ἐκείνην ἀπέδειξεν, ἄγαμον διὰ τοῦτο, καὶ παρθένον διὰ βίου μέλλουσαν ἔσεσθαι. ἡ δὲ κύουσα ἐφωράθη μετέπειτα ὑπὸ ἄρεως, ὡς μυθολογοῦσιν, ὑπ' ἀνθρώπου δὲ πάντως τινός. εἵρχθη οὖν διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ λάθῃ τεκοῦσα, καὶ ἔτεκε διδύμους παῖδας, μεγάλους τε καὶ καλούς. μᾶλλον δὲ φοβηθεὶς ὁ ἀμούλιος, ἐκέλευσε τὰ βρέφη ῥιφῆναι. καὶ ὁ ταῦτα λαβὼν σκάφῃ ἐνθέμενος, ἐμβάλλει ἐν τῷ ποταμῷ τῷ τιβέριδι. παρασύραν δὲ τὴν σκάφην τὸ ῥεῦμα, ἔς τινα χῶρον κατήνεγκε μαλθακόν. ἔνθα κειμένοις τοῖς βρέφεσι, λύκαιναν ἱστοροῦσι προσιοῦσαν θηλὴν παρέχειν αὐτοῖς, καὶ ὄρνιν δρυοκολάπτην παρεῖναι ταῦτα ψωμίζοντα καὶ φυλάττοντα. ἐκεῖ δὲ κείμενα τὰ βρέφη λαβὼν ἀφείλετό τις ἀμουλίου συφορβὸς, φαυστοῦλος καλούμενος, καὶ παρὰ τῆς ἐκείνου ἐτράφησαν γυναικὸς, ᾗ ὄνομα λαρεντία· καὶ ὁ μὲν ῥωμύλος, ὁ δ' ἕτερος ῥῶμος ἐκλήθησαν. τινὲς δὲ μὴ λύκαιναν εἶναί φασι τὴν τῶν παίδων τροφὸν, ὃ καὶ πιθανώτερον ἢ ἀληθέστερον μάλιστα, ἀρχὴν δὲ τὸν λόγον οὕτω λαβεῖν. λούπας καλοῦσι ῥωμαῖοι τάς τε λυκαίνας, καὶ τὰς ἑταίρας. πορνευομένη δ' ἡ λαρεντία ἡ τοὺς παῖδας ἐθρέψατο, καὶ λοῦπα διὰ τοῦτο καλουμένη, χώραν τῷ μύθῳ παρέσχετο. αὐξανόμενοι δὲ θυμοειδεῖς ἦσαν, καὶ ἀνδρώδεις ἀμφότεροι. ὁ δὲ ῥωμύλος ἐδόκει συνέσει διαφορώτερος, καὶ ἡγεμονικὸς μᾶλλον τὴν φύσιν, ἢ πειθαρχικός. γενομένης δέ ποτε πρὸς τοὺς νομίτορος βουκόλους τοῖς τοῦ ἀμουλίου διαφορᾶς, συγκόπτουσιν αὐτοὺς οἱ ὁμαίμονες, καὶ τῆς ἀγέλης συχνὴν ἐκτέμνονται μοῖραν. μόνῳ δὲ τῷ ῥώμῳ μεθ' ἡμέρας σὺν ὀλίγοις ἄλλοις βαδίζοντι, οἱ τοῦ νομίτορος βουκόλοι λοχήσαντες, συνέλαβον αὐτὸν, καὶ ἀπήγαγον πρὸς νομίτορα· καὶ ὃς πρὸς ἀμούλιον ἐλθὼν, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης ἀδελφὸς ὢν, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ὑβρισμένος. ὁ δὲ παραδίδωσι τῷ νομίτορι τὸν ῥῶμον, ὡς βούλοιτο χρήσασθαι. ὃς οἴκοι ἐλθὼν, καὶ τὸν νεανίσκον ὁρῶν ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ, καὶ τὸ θαρραλέον αὐτοῦ καὶ ἀδούλωτον τῆς ψυχῆς θαυμάζων,

[Greek margin notes:] ὅθεν τίβερις ὁ ποταμὸς τὴν ὀνομασίαν ἔσχεν. — ὅπως ὁ ἀμούλιος ἀνῃρέθη. — ὅτι ἀπὸ νομίτορος καὶ ἀμουλίου ἔσχε τὰ τῶν ῥωμαίων ἀρχήν. — ὅτι δίδυμοι ἦσαν ῥῶμός τε καὶ ῥωμύλος, οἳ καὶ γεγόνασιν ἐκ τούτου, καὶ ὅτι παρὰ λυκαίνης ἐτράφησαν, ὥς φασί τινες λύκαιναν. — ὅθεν ὁ ῥῶμος τε καὶ ῥωμύλος.

θαυμάζων, αὐτὸν ἤρετο ὅστις εἴη, καὶ ὅθεν γένοιτο, φωνῇ πρᾳείᾳ. ὁ δὲ θαρρῶν ἔλεγεν, ὡς δίδυμοι εἶεν ἀδελφοί· γοναὶ δὲ ἡμῶν ἀπόρρητοι λέγονται, καὶ τροφαὶ καὶ τιθήνησις θαυμασιώτεραι, θηρίοις καὶ οἰωνοῖς τραφέντων παρὰ τὸν μέγαν ποταμὸν, ἐν σκάφῃ τινὶ κειμένων, ἣ ἔτι σώζεται, χαλκοῖς ὑποζώμασι γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων. ὁ μὲν οὖν Νομίτωρ τοῖς τε λόγοις τοῦ Ῥώμου, καὶ τῇ ὄψει πρὸς ἔννοιαν τῶν ἐκτεθέντων τῆς θυγατρὸς ἐγεγόνει παίδων. ὁ δὲ Φαυστοῦλος τὴν τοῦ Ῥώμου μαθὼν σύλληψιν, τὸν μὲν Ῥωμύλον βοηθεῖν παρεκάλει, τότε σαφῶς διδάξας αὐτὸν περὶ τῆς γενέσεως. πρότερον γὰρ ὑπῃνίττετο, ὡς αὐτοὺς μὴ μικροφρονεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομίτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστός. τοῖς δὲ περὶ τὰς πύλας τοῦ Ἀμουλίου φρουροῖς ὑφορώμενος, καὶ ταραττόμενος περὶ τὰς ἀποκρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῇ χλαμύδι περικαλύπτων. ὑπολαβόντες δὲ κλεπτιμαῖόν τι φέρειν αὐτὸν, εἰς μέσον τὴν σκάφην προήγαγον. ἐτύγχανε δέ τις παρὼν ἐκεῖ τῶν τὰ παιδάρια ἐκθεμένων, ὃς τὴν σκάφην γνωρίσας, δρομαῖος φράζει τῷ Ἀμουλίῳ. καὶ ὁ Φαυστοῦλος ἀνακρινόμενος παρὰ τοῦ βασιλέως, σώζεσθαι μὲν τοὺς παῖδας κατεῖπε, πόρρω δὲ τῆς Ἄλβης νέμοντας εἶναι. τὴν δὲ σκάφην πρὸς τὴν Ἰλίαν κομίζειν τὴν τῶν παίδων μητέρα ποθοῦσαν ἰδεῖν. τεταραγμένος δὲ τούτοις Ἀμούλιος, ἄνδρα πρὸς τὸν Νομίτορα πέμπει, πυνθανόμενος εἴ τι μάθοι περὶ τῶν παίδων ὡς περιόντων. ὃν δὲ τῶν φίλων ὁ πεμφθεὶς τοῦ Νομίτορος. ἀπελθὼν δὲ, καὶ ἐν περιπλοκαῖς τοῦ Ῥώμου εὑρηκὼς τὸν Νομίτορα, παρεθάρρυνέ τε, καὶ μὴ μέλλειν αὐτοῖς συνεβούλευε. καὶ αὐτὸς δὲ συνέπραττεν. ἄρτι δὲ ὁ Ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν, χεῖρα συχνὴν ἀγροικικὴν ἐπαγόμενος, καὶ τῶν πολιτῶν δὲ αὐτῷ οὐκ ὀλίγοι προσέθεντο, μίσει τοῦ Ἀμουλίου, ὃς οὕτω τῶν πραγμάτων συγχυθέντων, οὐδὲν οὔτε πράξας, οὔτε βουλεύσας σωτήριον, ἀνῃρέθη. Ῥωμύλος μέντοι καὶ Ῥῶμος τὴν τῆς Ἄλβης ἡγεμονίαν τῷ μητροπάτορι νείμαντες, καὶ τῇ μητρὶ τιμὴν πρέπουσαν, καθ' ἑαυτοὺς εἶναι ἔκριναν (οὔτε γὰρ ἠνείχοντο ἄρχεσθαι) καὶ πόλιν ἀναστῆσαι ἔνθα περ ἐτράφησαν ἤθελον. ὡρμημένοις δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως δόμησιν διαφορὰ συνέβη τοῖς ἀδελφοῖς, περί τε τῆς ἀρχῆς, καὶ περὶ τῆς πόλεως, καὶ διὰ μάχης ἐχώρησαν, ἐν ᾗ ὁ Ῥῶμος ἀπέθανεν. ἕτερος δὲ λόγος ἔχει, ὡς τοῦ Ῥωμύλου κύκλῳ τάφρον ὀρύττοντος, ἣ τῆς πόλεως εἶναι περιτείχισμα ἔμελλεν, τοῦ μὲν ἀπείργειν τὸ ἔργον ὁ Ῥῶμος, τοῦ δὲ ἐχλεύαζεν, καὶ τέλος διαλλόμενος αὐτὴν, ὡς εὐεπιχείρητον, οἱ μὲν Ῥωμύλου πατάξαντος, οἱ δὲ ἑτέρου τινὸς ἱστοροῦσι τεθνάναι. ὅθεν καὶ νομίζεσθαι, τὸν στρατοπέδου τάφρον τολμήσαντα διελθεῖν παρὰ τὰς συνήθεις ὁδοὺς, θανατοῦσθαι. ὁ δὲ Ῥωμύλος θάψας τὸν ἀδελφὸν, ᾤκιζε τὴν πόλιν, καὶ βοῦν ἄρρενα συζεύξας θηλείᾳ, καὶ ἀρότρῳ ὕνιν χαλκῆν ἐμβαλὼν, αὐτὸς μὲν αὔλακα βαθεῖαν κυκλοτερῆ περιέγραφεν, οἱ δ' ἑπόμενοι τὰς βώλους, ἃς ἀνίστη τὸ ἄροτρον, εἴσω πάσας τῆς αὔλακος περιέστρεφον, καὶ ὅπου μὲν ἔμελλε τὸ τεῖχος ἀνίστασθαι, καθὼς εἴρηται, ἡ αὖλαξ ἐτέτμητο. ἔνθα δὲ πύλας ἔσεσθαι διενοοῦντο, διάλειμμα ἐποιοῦντο τῆς αὔλακος, τὸ ἄροτρον ἀνέχοντες ὑπεράνω. πᾶν μὲν γὰρ τεῖχος νομίζουσιν ἱερόν. τὰς δὲ πύλας εἰ περ ἡγοῦντο ἱεράς, οὐκ ἦν τὰ μὲν δι' αὐτῶν εἰσάγειν, τὰ δ' ἐκπέμπειν τῶν ἀναγκαίων, καὶ μὴ καθαρῶν. ἡ δὲ κτίσις τῆς πόλεως ταύτης ἡμέρᾳ τετέλεσται τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν μαΐων, ἣ ἂν εἴη εἰκοστὴ ἀπριλλίου· καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος

ὁ ἀναγνωρισμὸς ῥώμου καὶ ῥωμύλου.

ἀναίρεσις ἀμουλίου.

θάνατος ῥώμου, καὶ ὅθεν θάνατος ἐπιτίμιον τὸ τὴν τάφρον τοῦ στρατοπέδου τινὰ διάλλεσθαι ἀφέντα τὴν συνήθη ὁδόν.

ὅπως ἀπεγράφη τὸ τεῖχος τῆς ῥώμης.

ὅτι τὰ τείχη ἱερὰ, οὐ μὴν καὶ αἱ πύλαι.

πότε ἐκτίσθη ἡ ῥώμη πόλις, καὶ πότε τὸ

miraretur, leni uoce, quis & unde natus eſſet, rogat. Ille interritus reſpondet, ſe geminos fratres eſſe: natales ſuos arcanos eſſe, nutricationem & alimoniam mirabiles memorari, ferarum & uolucrum miniſterio; cum iuxta magnum flumen in alueo iacérent, qui adhuc extaret, æreis laminis deuinctus, obſcuris literis inciſis. Numitori ex Remi uerbis & uultu tetigit animum memoria filiorum filiæ, qui expoſiti fuiſſent. At Fauſtulus Remi captiuitate cognita, Romulum ad opem fratri ferendam hortatur: aperteq́ue docet, ut nati eſſent. Nam prius per ambages id ſignificarat, ne humilib. eſſent animis: ipſe cum alueo ad Numitorem territus properat. Cum autem cuſtodibus ædiũ Amulij ſuſpectus eſſet, ac in reſponſionibus uacillaret, & alueum ueſte tegere ſatageret, latére illos non potuit: quin cum furtiui aliquid ferre opinati, alueum in mediũ proferrent. Tum autem ibi quidam eorum aderat, qui pueros expoſuerant: qui alueo agnito, ad Amulium accurrit, & rem nunciat. Fauſtulus á rege interrogatus, pueros incolumes eſſe reſpõdit, ſed procul ab Alba pecudes paſcere. Alueum uerò ſe afferre Iliæ puerorum matri, eum uidere deſideranti. His turbatus Amulius, quendam ad Numitorem mittit, percontatũ, an ſuperſtites eſſe pueros audiuiſſet? Is uerò, quem miſerat, Numitoris amicus erat: qui cum ſenem in Remi amplexu inueniſſet, eis animos addidit, & rem maturare iuſsit: atq́ue ipſe etiam adiumento fuit. Iam Romulus quoq́ue aderat in proximo, cum magna agreſtium manu: ad quem ciuium quoq́ue non pauci, odio Amulij ſe contulerant. Hoc rerum ſtatu Amulius, nihil ſalutaris conſilij operiſ'ue molitus, occiditur. Romulus & Remus, Albana re Numitori auo permiſſa, & iuſto honore matri habito, ſuo more uiuere (neq́ue enim ferebant imperium) decreuerunt: & urbem, quo in loco educati eſſent, condere uoluerunt. Eam rem aggreſsis fratribus, diſcordia inceſsit de principatu, & de urbe: ortaq́ue pugna Remus occiditur. Alia fama eſt, Romulo foſſam fodiente in munimentũ urbis, Remum id opus partim prohibuiſſe, partim deriſiſſe, ac deniq́ue tranſiliſſe, ut ſuperatu facilẽ: eaq́ue de cauſa uel á Romulo, uel ab alio ictũ cecidiſſe. Vnde receptum ſit, qui foſſam caſtrorum præter ſolitas uias tranſierit, capite plecti. Romulus uerò fratre ſepulto urbem condidit: & tauro uaccæ iuncto, æreoq́ue uomere aratro inſerto, ipſe ſulcum profundũ in orbẽ terræ impreſsit: qui ſequebantur, glebas ab aratro euerſas omnes intra ſulcum repoſuerunt. Ac ubi murus extruendus erat, ſulcus, ut dictum eſt, ductus fuit: ubi uerò portas extruere inſtituerunt, aratro ſurſum elato, ſulcũ interruperũt. nã omnem murum ſanctum cenſent. Si uerò portas etiam ſanctas cẽſerent, nõ uniq́ue res neceſſarias & immũdas, per eas uel inſerre uel efferre liceret. Vrbis ædificatio XI Cal. Maij, hoc eſt, XX Aprilis eſt abſoluta: qui dies Romanis feſtus eſt, &

Romæ ædificatio.

patriæ natalis appellatur: quo tempore memorant Romulum XVIII annorum fuiſſe, & urbem eo in loco, ubi Fauſtulus habitarit, qui Palatium diceretur, condidiſſe. Ea perfecta, qui

Legiones. militari ætate erāt, eos in legiones inde dictas, quòd bello apti ex omnibus legerentur, diſtribuit: reliqui, populi nomine cenſebantur, & apud Iureconſultos plebeia * educatio popularia uocantur. Habebat autem tum legio ter millenos pedites, & trecentenos equites. Ex il-

Patricij. luſtrioribus genere, prudentia, & inſtituto uitæ, C creat ſenatores, quos Patricios nominauit: eorumq́ꝫ cœtum, Senatum. Senatores porrò appellati fuere patricij, ſiue quòd ingenuorum liberûm patres eſſent: ſeu potius quòd patres ſuos demōſtrare poſſent, nobili quiſq́ꝫ ortus genere: ſiue à patrocinio, & ope ferēda. Verùm is proximè ad Romulum mentē accedere uideri queat, qui eum nomine patriciorum ſignificare uoluiſſe crediderit, principibus & potētiſsimis ciuitatis humiliores patria cura complectēdos eſſe: ſimulq́ꝫ plebē eò perducere ſtuduiſſe, ne ſuperiorū honoribus inuideret, ſed faueret potius ijs quos patres & putaret, & appellaret. Cum autē in ciuitatē multi recepti eſſent cœlibes, Romulo curæ fuit, ut illi quoque uxores nanciſcerētur. Sed quia cōuenæ ob ſtirpem inopē atq́ꝫ obſcurā à uicinis populis ſpernebantur, conſiliū init raptu parādi coniuges ſuis ciuibus: & rem diuinā, ludorumq́ꝫ celebritatem indicit, quaſi ara noui dei inuenta eſſet. Quò cum multi cōueniſſent, ipſe cum optimatibus præſidens, purpura cōſpicuus, eam populo teſſerā dedit, ut cum purpurā explicaſſet, ac

Raptus Sabinarum. rurſus cōplicaſſet, rem aggrederentur. Quo facto, ſtrictis enſibus, & cum clamoribus impetu facto, Sabinorū filias uirgines, nullas autem uxores rapiebant. Ob id facinus Sabini, populoſa gens, & bellicoſa, quæq́ꝫ ob animorū magnitudinem, ut Lacedæmoniorū colonos par eſt, pagos ſine muris incolebat, per legatos à Romulo petierunt, ut uiolentia reſciſſa, uoluntate & lege amicitia inter ipſos, & affinitas contraheretur. Romulo uerò puellas non reddente, ſed poſtulāte, ut Sabini cōiugia probarent:

Bellum Ceninenſe. alijs cōſultando tempus trahētibus, Acron Ceninenſium rex, uir iracūdus & bellicoſiſsimus, prior armis arreptis magnas copias contra Romulū ducit. Cum ambo in propinquo eſſent, uterq́ꝫ alterū ad pugnam prouocat, quieſcentibus exercitibus. In eo ſingulari certamine Romulus Acronē obtrūcat: cōmiſſoq́ꝫ prælio eius exercitū fūdit, fugatq́ꝫ, urbē capit: neq́ꝫ tamē ciues alia clade afficit, quàm ꝙ dirutis ædibus, ſe Romā ſequi iuſsit, ciues futuros, & æquo iure

Bellum Sabinum. uſuros. Deinde etiā alij Sabini Romanos bellis aggreſsi, & ſuperati, demū Tatio duce creato, Romæ bellū intulerunt: & Capitoliū à Tarpeia, eius qui arci præerat filia, ꝓditū ceperūt.

Quæ

πατρίδος ὀνομάζοντες. ὀκτωκαιδέκατον δ' εἶναι Ῥωμύλος φασὶ τῶν ἀναγεγραφότων, ὅτε τὴν Ῥώμην συνῴκισεν. ἔκτισε δὲ αὐτὴν περὶ τὴν τοῦ Φαυστύλου οἴκησιν, ὀνόμασται δ' ὁ χῶρος Παλάτιον. κτισθείσης μέντοι τῆς πόλεως, ὅσον μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατεύσιμον πλῆθος ἐτύγχανεν, εἰς στρατιωτικὰ διεῖλε συντάγματα, ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν καὶ τριακοσίων ἱππέων. ἐκλήθη δὲ λεγεών, ὅτι λογάδες ἦσαν ἐκ πάντων οἱ μάχιμοι. τοῖς δὲ ἄλλοις δῆμος ἐκέχρητο, καὶ τὸν δῆμον ποπουλος ὠνόμασεν, ὅθεν καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς ποπουλάρια κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή. τῶν μέντοι προεχόντων γένει τε καὶ συνέσει, καὶ βίου αἱρέσει, ἑκατὸν ἀπέλεξε βουλευτάς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς· τὸ δὲ σφῶν λοιπὸν σύστημα σενᾶτον προσηγόρευσεν, ὃ δηλοῖ γερουσίαν. πατρίκιοι μέντοι οἱ βουλευταὶ ἐπεκλήθησαν, ἢ ὅτι παίδων ἦσαν γνησίων πατέρες, ἢ μᾶλλον ὅτι αὐτοὶ πατέρας ἑαυτῶν ἀποδεικνύειν ἠδύναντο, ἑκάστου ἐκ γένους ὄντος γνωρίμου· ἢ ἀπὸ τῆς πατρωνίας. οὕτω δ' ἐκάλουν τὴν προστασίαν, πάτρωνας γὰρ τοὺς κηδεμονικοὺς καὶ βοηθητικοὺς προσηγόρευον. μάλιστα δ' ἄν τις κατεστοχάσατο τῆς τοῦ Ῥωμύλου διανοίας, εἰ οἴοιτο διὰ τῆς κλήσεως ταύτης ἐμφαίνειν, χρῆναι τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους τῆς πόλεως πατρικῇ κηδεμονίᾳ κήδεσθαι τῶν ταπεινοτέρων, ἅμα δὲ καὶ τὸν δῆμον συνάγειν διὰ τῆς τῶν πατρικίων προσηγορίας εἰς τὸ μὴ ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς, ἀλλ' εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, νομίζοντας πατέρας αὐτούς, καὶ προσαγορεύοντας. πολλῶν δὲ τῇ πόλει συνοικισθέντων, ἐν ὀλίγοις γυναιξὶ συνεζεύγνυντο, φροντὶς τῷ Ῥωμύλῳ ἐγένετο, ἵνα κἀκεῖνοι γυναῖκας ἑαυτοῖς συνοικίσωσι. σύγκλυδες δὲ καὶ διὰ ἀπόρων ὄντες, καὶ ἀφανῶν, ὑπερεωρῶντο πρὸς κῆδος παρὰ τῶν γειτνιόντων ἐθνῶν. βούλεται τοίνυν δι' ἁρπαγῆς λαβεῖν γυναῖκας τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ κηρύσσει θυσίαν καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν μέλλειν ἐπιτελεῖν πανηγυρικήν, ὡς βωμοῦ εὑρημένου θεοῦ καινοῦ. καὶ πολλοὶ συνῆλθον, αὐτὸς δὲ προὐκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων, ἁλουργίδι κεκοσμημένος. δεδώκει δὲ τῷ δήμῳ τῆς ἐπιχειρήσεως σύμβολον, τὴν τῆς ἁλουργίδος διάπτυξιν, καὶ αὖθις ταύτης περιβολήν. οὗ γενομένου σπασάμενοι τὰ ξίφη, μετὰ βοῆς ὥρμησαν, καὶ ἥρπαζον τὰς θυγατέρας τῶν Σαβίνων παρθένους, οὐ μέντοι γυναῖκας τινῶν. τολμηθείσης δὲ τῆς ἁρπαγῆς, οἱ Σαβῖνοι πολλοὶ καὶ πολεμικοὶ ὄντες, καὶ κώμας ἀτειχίστους οἰκοῦντες, διὰ τὸ μέγα φρονεῖν, ὡς Λακεδαιμονίων ἄποικοι, πρεσβείαν πρὸς τὸν Ῥωμύλον ἐπεποίηντο, λῦσαι τὸ τῆς βίας ἔργον ζητοῦντες, πειθοῖ δὲ καὶ νόμῳ πρᾶξαι τοῖς γένεσι φιλίαν καὶ οἰκειότητα. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς μὲν κόρας μὴ προϊεμένου, ἀξιοῦντος δὲ τὴν κοινωνίαν δέχεσθαι τοὺς Σαβίνους, οἱ μὲν ἄλλοι βουλευόμενοι διέτριβον· Ἄκρων δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Κενινιτῶν, θυμοειδὴς ἀνήρ, καὶ πολεμικώτατος, προεξανέστη, καὶ μετὰ πολλῆς ἐχώρει δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ῥωμύλον. ὁμοῦ δὲ γεγονότος, ἀλλήλους προεκαλοῦντο μάχεσθαι, ἀτρεμούντων τῶν στρατευμάτων. τῆς γοῦν μονομαχίας ἀμφοῖν γενομένης, καταβάλλει μὲν ὁ Ῥωμύλος τὸν Ἄκρωνα, τρέπεται δὲ καὶ τὸ ἐκείνου στράτευμα, μάχης συγκροτηθείσης· καὶ τὴν πόλιν αἱρεῖ, οὐ μέντοι γε αὐτῇ κακόν τι δέδρακεν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκέλευσε τὰς οἰκίας καθελόντας, ἀκολουθεῖν εἰς Ῥώμην αὐτῷ, ὡς πολίτας ἐσομένους, καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθησομένους. εἶτα καὶ ἄλλοι τῶν Σαβίνων τοῖς Ῥωμαίοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἡττήθησαν. ἐπὶ τούτοις οἱ λοιποὶ τῶν Σαβίνων τὸν Τάτιον στρατηγὸν ἀποδείξαντες, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσαν, καὶ τὸ Καπιτώλιον εἷλον, προδοθὲν ὑπὸ Ταρπηίας τῆς θυγατρὸς τοῦ φρουράρχου.

ἐκείνη

ἐκείνη γὰρ ἐφ' ὕδωρ κατελθοῦσα, συνελήφθη, καὶ ἤχθη πρὸς Τάτιον, καὶ ἀναπείθεται προδοῦναι τὸ ἔρυμα, τῶν χρυσῶν βραχιονιστήρων ἐρασθεῖσα, οὓς ἐν ταῖς ἀριστεραῖς ἐφόρουν χερσὶν οἱ Σαβῖνοι, καὶ μισθὸν ὑπὲρ τῆς προδοσίας αὐτοὺς λαβεῖν ἀπαιτήσασα. συνθεμένου δὲ τοῦ Τατίου, νύκτωρ μίαν πύλην ἀνοίξασα, τοὺς Σαβίνους ἐδέξατο. εἰσελθὼν δὲ ὁ Τάτιος, ἐκέλευσε τοὺς ὑπ' αὐτὸν ὅσα ἐν ταῖς ἀριστεραῖς χερσὶν ἐφόρουν δοῦναι αὐτῇ, καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν βραχιονιστῆρα τῇ Ταρπηίᾳ ἐπέρριψε καὶ τὸν θυρεόν. πάντων δὲ ὁμοίως ποιούντων, βαλλομένη τῷ χρυσῷ, καὶ καταχωσθεῖσα τοῖς θυρεοῖς, ὑπὸ πλήθους καὶ βάρους ἀπέθανεν. ἔργῳ οὖν οὗτος ἐπιστώσατο, ὃ λόγοις ὕστερον εἶπον ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντίγονος· ὁ μὲν γὰρ προδοσίαν, ἔφη, φιλῶ, προδότην δὲ μισῶ· ὁ δὲ Ἀντίγονος, προδιδόντας μὲν ἀσπασίως εἶπε προσίεσθαι, προδεδωκόσι δὲ ἀπεχθάνεσθαι. ληφθείσης δὲ τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, μάχη καρτερὰ συνερράγη μέσον αὐτῶν καὶ Ῥωμαίων, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν ἔπεσον, ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐπλήγη λίθῳ τὴν κεφαλήν. ἔτι δὲ μάχεσθαι προσαναζομένους τοὺς Σαβίνους ἐπέσχον αἱ ἡρπασμέναι θυγατέρες αὐτῶν, ἄλλοθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς καὶ ὀλολυγμοῦ ἐφεθεῖσαι αὐτοῖς, αἱ μὲν νήπια πρὸς τὰς ἀγκάλας κομίζουσαι, αἱ δὲ τὴν κόμην περικεχυμέναι λελυμένην, πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι ποτὲ μὲν τοὺς Σαβίνους, ποτὲ δὲ τοὺς Ῥωμαίους. ἐπεκλάσθησαν οὖν οἱ ἐναντίοι, καὶ δέδωκαν αὐταῖς ἐν μέσῳ στῆναι τῶν παρατάξεων, καὶ κλαυθμὸς ἅμα διὰ πάντων ἐχώρει. διαλεχθέντων δὲ τῶν γυναικῶν, συνῆλθον εἰς λόγους οἱ ἡγεμόνες, καὶ συνέθεντο τῶν μὲν γυναικῶν, αἳ βούλονται, τοῖς ἔχουσι συνοικεῖν, παντὸς ἔργου καὶ πάσης λατρείας πλὴν ταλασίας ἀφειμένας, οἰκεῖν δὲ τὴν πόλιν Ῥωμαίους καὶ Σαβίνους κοινῇ, καὶ καλεῖσθαι αὐτὴν Ῥώμην ἀπὸ Ῥωμύλου, Κυρίτας δὲ Ῥωμαίους ἀπὸ τῆς Τατίου πατρίδος Κύρεως· βασιλεύειν δὲ κοινῇ, καὶ στρατηγεῖν ἀμφοτέρους. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὰς συνθήκας ἔθεντο, καλεῖται κομίτιον, τόπος δηλαδὴ συνελεύσεως· κομῖρε γὰρ Ῥωμαίοις τὸ συνελθεῖν λέγεται. προσκατελέχθησαν δὲ τοῖς πατρικίοις ἐκ τῶν Σαβίνων ἕτεροι ἑκατόν. ἐβουλεύοντο δὲ οἱ βασιλεῖς οὐκ εὐθὺς ἐν κοινῷ μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτερος πρότερον ἰδίᾳ μετὰ τῶν ἑκατόν, εἶτα εἰς τὸ αὐτὸ πάντες συνήγοντο. ἔτει δὲ πέμπτῳ τῆς Τατίου Ῥωμύλῳ συμβασιλείας, συγγενεῖς αὐτοῦ πρέσβεσι καθ' ὁδὸν ἐντυχόντες, ὡς Ῥώμην ἐκ Λαυρέντου βαδίζουσιν, ἐπιχειροῦσιν ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήματα ἃ ἐπήγοντο, καὶ μὴ προϊεμένους, ἀλλ' ἀμυνομένους ἀνεῖλον. ὁ μὲν οὖν Ῥωμύλος κολάσαι τοὺς ἀδικήσαντας ἐψηφίζετο, ὁ δὲ Τάτιος διέκρουε καὶ παρῆγε, καὶ τοῦτο μόνον ὑπῆρξεν αἴτιον σφίσι διαφορᾶς ἐμφανοῦς. οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων οἰκεῖοι μὴ τυγχάνοντες δίκης, ἐν Ἀλβανίᾳ θύοντα μετὰ Ῥωμύλου τὸν Τάτιον προσπεσόντες κτιννύουσι, τὸν δὲ Ῥωμύλον ὡς δίκαιον ἄνδρα σὺν εὐφημίαις προέπεμψαν. οὐ μὴν ἐτάραξε τοὺς Σαβίνους ὁ φόνος τοῦ ἄρχοντος σφῶν, ἀλλ' οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Ῥωμύλον, οἱ δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως ὑπείκοντες διετέλουν. εἶτα λοιμὸς ἐνέπεσε τῇ Ῥώμῃ, θανάτους αἰφνιδίους ἀνθρώποις ἐπιφέρων νόσων χωρίς, καὶ ἀφορία καρπῶν, καὶ θρεμμάτων ἀγονία. ὕσθη δὲ καὶ σταγόσιν αἱμάτων ἡ πόλις. ὅμοια δὲ καὶ τοῖς Λαυρεντίοις συνέβαινεν. ἐδόκει τοίνυν διὰ τὸν Τατίου φόνον, καὶ τοὺς παρὰ τῶν Σαβίνων ἀνῃρημένους πρέσβεις πειναλατεῖν τὰς πόλεις δαιμόνιον μήνιμα. ἐκδοθέντων δὲ τῶν φονέων, καὶ κολασθέντων, ἐλώφησαν τὰ δεινά. ῥωννυμένων δὲ τῶν πραγμάτων τῶν Ῥωμαίων, οἱ μὲν ἀσθενέστεροι τῶν προσοίκων ὑπεχώρουν, οἱ δυνατοὶ δὲ οὐκ ᾤοντο δεῖν περιορᾶν, ἀλλὰ κωλύειν τὴν αὔξησιν.

δελεασθεῖσα, [illegible]

ὅτι κοινῇ ῥωμαῖοι καὶ σαβῖνοι τὴν πόλιν ᾤκησαν, καὶ τάτιος ῥωμύλῳ συνεβασίλευσεν.

φόνος τατίου.

περὶ τοῦ ἐν ῥώμῃ γενομένου λοιμοῦ διὰ τὸν τατίου θάνατον, καὶ τῶν ἀπὸ λαυρέντου πρέσβεων.

Quæ cum aquam petitum extra mœnia iuiſſet, ad Tatium perducta, perſuaderi ſibi ſiuit, ut arcem prodat: Sabinosque aureas armillas, quas læuo brachio habebant, pacta, una porta accipit. Tatius ingreſſus, ſuos quicquid læua geſtarent, Tarpeiæ dare iuſsit, ac ipſe primus armillam & ſcutum in eam cõiecit: quod cum omnes facerent, auri ſcutorumque multitudine oppreſſa expirat. Hic igitur re ipſa declarauit, quod Cæſar & Antigonus pòſt ſermone uſurparunt. Nam alter ſe proditionem amare, proditores odiſſe: alter, eos qui prodant, benignè admittere: qui prodiderint, ſe auerſari dixit. Arce á Sabinis capta, pugna uehemẽs inter eos & Romanos exarſit: in qua multi ceciderunt, Romulus lapide caput ictus eſt. Sabinos uerò ad urgendum prælium paratos, raptæ ipſorum filiæ inhibuerunt, aliæ aliunde cum clamore & ululatu progreſſæ, partim infantes in ulnis geſtantes, partim paſſum capillum prætendentes: omnes uerò ſuauiſsimis nominibus, nunc Sabinos, nunc Romanos inclamantes. Mouit ea res hoſtes, ut dirempta acie mulieres in medio ſtare paterentur, nemine non plorante. Ac mulierum uerbis adducti duces, colloquio habito, pepigerunt, ut matronæ quæ apud maritos manere uellent, omnis operis, omniſque miniſterij, præterquàm lanificij, immunes eſſent, & Sabini æquo iure cum Romanis uiuerent: ipſaque urbs à Romulo Roma, populus Quirites, à Curibus Tatij patria, uocaretur: & ambo regnũ ac militare imperium conſociarent. Locus in quo fœdus ictum eſt, à coeundo, ſeu commeando, Comitium appellatur. Ex Sabinis C in patricios lecti ſunt. Reges uerò non ſtatim communiter, ſed cum ſuis uterque centum patribus ſeorſim deliberarunt: deinde in locum unum omnes conuenere.

Tatius cum Romulo regnat.

Anno quinto Tatij cum Romulo regnantis, propinqui regis Tatij, Laurentium legatos Romam ituros in itinere ſpoliare aggreſsi, repugnantes, & ſe ſuaque defendẽtes occiderunt. Ac Romulo iniurios puniendos eſſe decernente, Tatio pœnam eludente & differente, reges hac una in re apertè diſſenſerunt. Cæſorum propinqui, iure negato, Tatium in Albano cum Romulo ſacrificantem, concurſu facto interficiũt: Romulum, ut uirum iuſtum, laudibus proſequentes. Sabinos ſui ducis cædes non turbauit, quo minus partim beneuolentia erga Romulum, partim eius potentiæ metu, parerent. Deinde Romæ peſtilentia laboratum, hominibus ſine morbis repentè morientibus, ac ſterilitate agrorum & pecudum, & ſanguineæ guttæ depluerunt. Cum Laurentibus etiam ſimilia accidiſſent, opinio fuit, numen cædis Tatij & legatorum, quos Sabini trucidaſſent, exigere pœnas. Homicidis ad ſupplicium deditis, mala illa deſierunt. Creſcentibus Romanorũ uiribus, ex finitimis populis imbecilliores cedebãt. Potẽtibus uerò nõ conniuendum eſſe ratis, ſed incremẽta prohibẽda,

Tatij cædes.

Cædes legatorum & Tatij expiata.

Veientium bellum.

primi Tyrrhenorum Veij occupant bellum facere. Congreſsi, multisq; amiſsis, pactione inducias in C annos impetrarunt, L ex optimatibus obſidibus datis. His ſuperatis Romulus triumphauit: atque inde mirandis ſucceſsibus elatior & grauior factus, relicta mutataq; populari conſuetudine, ſe ad odioſæ & moleſtæ monarchiæ habitum conformauit, tunicam purpuream, & togam prætextam induere, & rubris calceis uti ſolitus, & in ſolio reclinatus reſpondere: multosq; iuuenes, quos Celeres uocabat, ſemper iuxta ſe habuit, & lictores ante ſe, baculis turbam ſummouentes, & lora gerentes, quibus uincirent homines, iuſsi à rege.

Romulus ob maieſtatem imperij inuiſus.

Vt autem auo Numitore mortuo, Albanoq; regno ad ipſum pertinente, Rempublicam ad conciliandos populi animos libertate donauit, & quotannis principem Sabinis deſignauit: Romani proceres ad cupiditatem popularis liberæq; Reipublicæ ſunt incitati. Neque enim patriciorum ulla erat in rebus gerẽdis autoritas, ſed nomen duntaxat & habitũ regi accommodabant: cum conſuetudinis potius ergò, quàm ſentẽtiæ dicendæ cauſa in curiam uocati, Romulum decernentẽ taciti audirent: nulla re ſuperiores cæteris, niſi quòd quæ ille decreuiſſet, primi audiebant. Ea re cum dignitatẽ Senatus imminuere uideretur, ac paulo pòſt in terris eſſe deſijſſet, patres ſuſpicione haud caruerunt.

Romuli interitus.

Nam cum ad Capreæ paludem concionem haberet, fertur obſcurato ſole nox extitiſſe, cum horrendis tonitribus & procellis. Interea turbam diffugiſſe, proceres uerò ſeſe conglobaſſe. Tempeſtate ſedata, populoq; rurſus congregato, quæſitum eſſe Romulum: ſed potentes de eo quæri uetuiſſe, atq; omnes hortatos eſſe, ut cum ad deos raptum uenerarentur & colerent, Deum pro bono rege futurum. Ac uulgus his uerbis acquieuit, ſpe bona præditum. Quidam autẽ ſuſpectos habuere patres, & exagitauere, ut qui uulgo inane cõmentum perſuadeſcent, cum ipſi Romulũ diſcerpſiſſent.

Proculi Iulij commentum de Romuli ſpectro.

Ac ij negociũ faceſsiſſent potẽtibus, niſi Proculus Iulius eques, & genere & moribus probatiſsimis, ac Romulo fidus, pro cõcione iureiurando affirmaſſet, Romulũ ſibi auguſtiorem ſolito, in armis ſplendidis atq; fulgẽtibus apparuiſſe: ſeq; illum percontatũ eſſe, quamobrẽ Senatum in atrocia crimina, ciuitatẽ in luctũ coniecisset: eum uerò reſpõdiſſe: Dijs ita uiſum, ut
» tantũ tẽporis inter mortales eſſet, atq; in cœlũ,
» unde ueniſſet, reuerteretur. Abiret, ac nunciaret Romanis, ſi modeſtiã & rem militarẽ cole-
» rent, ad ſummum humanæ potentiæ faſtigium
» aſcenſuros: ſe uerò eis propitium fore Quiri-
» num. Hæc dicenti, tum ob iuſiurandũ, tum ob autoritatem uiri, tanta fides fuit, ut nemo refragaretur: omniq; ſuſpicione & calumnia amota, Quirino uota facerent, numine eius inuocato. Hoc autẽ cognomentũ Romulo factum traditur, uel ob ciues, qui Quirites appellabantur: uel ab haſta, quã ueteres quirim uocitarũt.

Quirinus

πρῶτοι δὲ τυῤῥηνῶν οὐήϊοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου. συμβαλόντες οὖν, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, ὁμολογίαν ἐποιήσαντο, καὶ φιλίαν ἐπ' ἐνιαυτοὺς ἑκατόν, ν' τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρίστων παρέσχον εἰς ὁμηρείαν πεντήκοντα. ἐθριάμβευσεν οὖν τούτους νικήσας ῥώμυλος, εἶτα ἐπαρθεὶς ταῖς παραλόγοις εὐτυχίαις, καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος, ἐξίστατο τοῦ δημοτικοῦ, καὶ παρήλλαττε, καὶ εἰς ἐπαχθῆ μοναρχίαν, καὶ λυπηρὰν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν. ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἐνεδύετο χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἀμπεχόμενος περιπόρφυρον, καὶ πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς, καὶ ἐν θρόνῳ ἀνακλίτῳ καθήμενος ἐχρημάτιζεν. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν ἀεὶ καὶ τῶν νέων συχνοί, οὓς κέλερας προσηγόρευον, ὃ κατὰ τὴν τῶν ῥωμαίων διάλεκτον δηλοῖ τοὺς ταχεῖς, καὶ πρόσθεν ἐβάδιζον ἕτεροι βακτηρίαις τὸν ὄχλον ἀνείργοντες ἐπεζωσμένοι ἱμάντας, ὥστε συνδεῖν οὓς κελευσθῶσι. ἐπεὶ δὲ νομίτωρ ὁ τοῦ πάππου αὐτοῦ ἐν ἄλβῃ τελευτήσας τῷ ῥωμύλῳ προσηκούσης τῆς βασιλείας, αὐτὸς εἰς μέσον ἔθηκε τὴν πολιτείαν δημαγωγῶν, καὶ κατ' ἔτος τὸν ἀποδεικνύων ἄρχοντα τοῖς σαβίνοις. ἠρέθισε τοὺς ἐν ῥώμῃ δυνατούς, ἀβασίλευτον ζητεῖν, καὶ αὐτόνομον πολιτείαν. οὐδὲ γὰρ οἱ καλούμενοι πατρίκιοι πραγμάτων μετεῖχον, ἀλλ' ὄνομα καὶ σχῆμα ἦν αὐτοῖς, ἔθους ἕνεκα μᾶλλον ἢ γνώμης ἀθροιζόμενοι εἰς τὸ βουλευτήριον· εἶτα ῥωμύλου προστάττοντος, ἀκροῶντο σιγῇ, καὶ ἐπὶ τῷ πλέον τι διεγνωσμένον ἐκείνῳ μαθεῖν πλέον ἔχοντες τῶν λοιπῶν, ἀπηλλάττοντο. ὅθεν ἐδόκει τὴν γερουσίαν περιπηλακίζειν· διὸ αὐτοῖς ὕποπτος ἔδοξε, μετ' ὀλίγον ἀφανοῦς γεγενημένου ῥωμύλου. λέγεται γάρ, ἐκκλησίαν ἄγοντος αὐτοῦ περὶ τὸ καλούμενον αἰγὸς ἕλος, τοῦ μὲν ἡλίου τὸ φῶς ἐκλιπεῖν, νύκτα δὲ καταχεῖν, βροντάς τε δεινὰς συμβῆναι, καὶ πνοὰς ἀνέμων ζάλην ἐγειρούσας. ἐν δὲ τούτῳ τὸν μὲν ὄχλον φυγεῖν. τοὺς δὲ δυνατοὺς συστραφῆναι μετ' ἀλλήλων. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ἀέρος ταραχὴ ἐλωφήσατο, καὶ αὖθις πλῆθος ὁμοῦ γεγενημένον, ζητεῖσθαι τὸν βασιλέα, τοὺς δὲ δυνατοὺς οὐκ ἐᾶν ἐξετάζειν περὶ αὐτοῦ, τιμᾶν δὲ παρακελεύεσθαι πᾶσι, καὶ σέβεσθαι ῥώμυλον ὡς ἀνηρπασμένον εἰς θεούς, καὶ θεὸν εὐμενῆ ἐσόμενον αὐτοῖς ἀντὶ χρηστοῦ βασιλέως. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πεπεισμένοι τοῖς λόγοις ἀπηλλάττοντο, ἐλπίσι χρησταῖς αἰωρούμενοι. ἔνιοι δὲ γε ὑπονοίας τοὺς πατρικίους ἐπεβάλλοντο, καὶ ἐταράττοντο ὡς τὸν δῆμον ἀβέλτερα πείθοντας, αὐτοὺς τοῦ βασιλέως γεγονότας αὐτόχειρας. καὶ πράγματα ἂν παρέσχον τοῖς δυνατοῖς, εἰ μή τις τῶν ἱππέων ἰούλιος πρόκλος, γένει τε δοκιμώτατος, καὶ ἤθει χρηστός, καὶ ῥωμύλῳ πιστός, εἰς ἀγορὰν ἐλθών, ὀμνὺς καθ' ἱερῶν, ὡς ἐφάνη ῥώμυλος αὐτῷ καλὸς καὶ μέγας, ὡς οὔποτε πρόσθεν, καὶ ὅπλοις λαμπροῖς κεκοσμημένος, καὶ φλέγουσι. καὶ ὡς αὐτὸς μὲν ἐπύθετο, τί δὴ παθών, ὦ βασιλεῦ, ὑμᾶς μὲν ἐν αἰτίαις πεποίηκας πονηραῖς, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν ἐν ὀρφανίᾳ πολλῇ λέλοιπας. ἐκεῖνος δὲ πρὸς ταῦτα ἀμείψαιτο· θεοῖς ἔδοξεν,
ὦ πρόκλε, τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς γενέσθαι μετ' ἀνθρώπων,
αὖθις δὲ οὐρανὸν οἰκεῖν, ἐκεῖθεν ὄντας. ἀλλὰ χαῖρε, καὶ φράζε
ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἀσκοῦντες, ἐπὶ
πλεῖστον δυνάμεως ἀνθρωπίνης ἀφίξονται. ἐγὼ δὲ ὑμῖν εὐ-
μενὴς ἔσομαι κυρῖνος. ταῦτα διά τε τὸν ὅρκον τοῦ λέγοντος, καὶ τὸν τρόπον, πιστὰ ῥωμαίοις ἔδοξεν εἶναι, ὡς μάλιστα αὐτῶν· πάσης δὲ ἀφεμένους ὑποψίας τε καὶ διαβολῆς, εὔχεσθαι κυρίνῳ, καὶ θεοκλυτεῖν. ταύτην δὲ τὴν ἐπωνυμίαν φασὶ τῷ ῥωμύλῳ γενέσθαι, ἢ ὅτι τοὺς πολίτας κυρίτας ὀνομάζουσιν, ἢ ὅτι τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ κυρῖνον ἐκάλουν οἱ παλαιοί.

ὡς ουν

ὅτι ἐπὶ ἑκατὸν χρόνους εἰρήνην ἐποιήσαντο μετὰ ῥωμαίων οὐήϊοι, διδόντες ὁμήρους πεντήκοντα.

ὅτι τὴν μοναρχίαν καὶ τὰ βασιλικὰ σχήματα πρῶτος ῥωμύλος ἔλαβεν.

ὅτι οἱ καλούμενοι πατρίκιοι ὑπῆρχον ἀπράκτως τὸ ὄνομα.

ὅπως ἀφανὴς ἐγένετο ῥώμυλος, καὶ διατί ἐκλήθη.

ὅπως ὁ ῥώμυλος μετὰ τὸ ἀφανισθῆναι κυρῖνος ἐκλήθη.

ὥς οὖν ἀγαθόν τινα τὸν ῥωμύλον ἢ αἰχμητὴν θεὸν ὀνομασθῆναι κυρῖνον. λέγεται δὲ τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα βιῶναι, ὄγδοον δὲ ἤδη τριακοστὸν βασιλεύων φασὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. τούτων δὲ περὶ τὸν ῥωμύλον συμβεβηκότων, βασιλεύεσθαι μὲν ἐδόκει πᾶσιν. ἔρις δέ τις καὶ στάσις ἐφύετο τοῖς ἐν ῥώμῃ, οὐχ ὑπὲρ ἀνδρὸς μόνον ἡγεμονεύοντος, ἀλλὰ καὶ πότερον τῶν γενῶν παρέξει τὸν ἄρξοντα. τοῖς τε γὰρ μετὰ ῥωμύλου πρώτοις συνοικίσασι τὴν πόλιν οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει, παρ᾽ αὐτῶν προσλαφθέντας τοὺς σαβίνους εἰς πολιτείαν, ἄρχειν τῶν δεξαμένων βιάζεσθαι. οἱ σαβῖνοι δὲ ἐστρέφοντο ὅτι τοῦ τατίου θανόντος μόνον εἴασαν τὸν ῥωμύλον ἄρχειν, ἐξ ἑαυτῶν ἀξίουν αἱρεθῆναι τὸν ἄρξοντα. ἤριζον μὲν οὖν οὕτω τὰ μέρη ἑκάτερα. μεταξὺ δὲ ἤδη τούτοις ὄντος τοῦ πολιτεύματος, οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες ἔταξαν, ἕκαστον ἐν μέρει τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον, θύειν τε τοῖς θεοῖς, καὶ χρηματίζειν, ἓξ μὲν τῆς νυκτὸς ὥρας, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας. ἡ γὰρ διανομὴ τῶν καιρῶν κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστου, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους αὐτούς. ἀφῄρει γὰρ τὸν φθόνον ἡ ταχίστη τῆς ἐξουσίας ἀπόθεσις, ὁρώντων τῶν ἀρχομένων τῆς αὐτῆς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γινόμενον. οἶδα μὲν οὖν καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς τοιαύτης εἰρημένα ἀρχῆς, ἀλλ᾽ αὐτὸς τὰ πιθανώτερα ἐθέμην. τὸ δὲ σχῆμα τῆς ἀρχῆς τοῦτο μεσοβασιλέα οἱ ῥωμαῖοι ὠνόμαζον, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐξ ὑπονοίας ἐφύοντο θόρυβοι, ὑποπτευομένων τῶν πατρικίων εἰς ὀλιγαρχίαν τὴν πολιτείαν περιϊσᾶν, καὶ μὴ βούλεσθαι βασιλεύεσθαι, ἐκ δὲ τούτου κατεστασίαζον. ὁμολογησάντων δὲ πάντων αἱρεθῆναι τὸν βασιλεύοντα, οἱ σαβῖνοι τοῖς ῥωμαίοις προτέροις τὴν αἵρεσιν ἔδοσαν. οἱ δὲ ἐκ σαβίνων εἵλοντο νομᾶν πομπίλιον, ἄνδρα γνώριμον ὄντα πᾶσι δι᾽ ἀρετήν. στέλλοντες οὖν πρὸς ἐκεῖνον ἐκ ῥώμης πρέσβεις. οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥώμῃ κατῴκιστο, ἀλλ᾽ ἐν σαβίνοις ἦν, καὶ πόλιν ᾤκει τῶν κυρειτῶν, πατρὸς ὢν πομπωνίου ἀνδρὸς εὐδοκίμου, πᾶσαν ἀρετὴν φύσει τε καὶ παιδείᾳ ἐξησκημένος. ὅθεν καὶ ὄνομα μέγα καὶ δόξαν εἶχεν, ὥστε καὶ τάτιον τὸν τῷ ῥωμύλῳ συμβασιλεύσαντα ἐκδοῦναι αὐτῷ ἤδη τατίᾳ τῇ θυγατρί, ἣν μίαν ἐκεῖνος ἐγέννησε. ἡ δὲ καὶ ἤδη τρισὶν ἐνιαυτοῖς τῷ νομᾷ συνοικήσασα, μετήλλαξε τὴν ζωήν. ὁ δὲ νομᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλῶν τὰ πολλὰ, καὶ διατρίβειν ἤθελεν ἐν λειμῶσι καὶ ἄλσεσιν. ἧκον οὖν ἐκ ῥώμης οἱ πρέσβεις, καλοῦντες ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτὸν, ἤδη τεσσαρακοστὸν ἔτος ἄγοντα. ὁ δὲ ἀπείπατο. οἱ πρέσβεις δὲ ἐνέκειντο, πάντα τρόπον πείσειν αὐτὸν μηχανώμενοι, καὶ δεόμενοι μὴ τὴν πόλιν αὖθις εἰς στάσιν ἐμβαλεῖν, καὶ ἐμφύλιον πόλεμον, οὐκ ὄντος ἑτέρου, πρὸς ὃν ἀμφότερα τὰ μέρη συννεύουσιν. ἰδίᾳ μέν- » τοι καὶ ὁ πατὴρ παρῄνει τὸν νομᾶν δέξασθαι τὴν ἀρ- » χὴν, ὡς θεῖον δῶρον, καὶ ὑπουργίαν θεοῦ, καὶ πράξεων » καλῶν καὶ μεγάλων ἀνδρὶ φρονίμῳ τε καὶ χρηστῷ γενο- » μένην αἰτίαν, σύνδεσμόν τε τῇ πατρίδι, καὶ παντὶ τῷ » σαβίνων ἔθνει εὐνοίας τε καὶ φιλίας πρὸς πόλιν δυνα- » τὴν καὶ ἀκμάζουσαν. τούτοις ἐνδοὺς ὁ νομᾶς, θύσας τοῖς θεοῖς, προῆγεν εἰς ῥώμην, ὑπήντα δὲ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες καὶ χαίροντες. ἐπεὶ δὲ κατέστησαν εἰς τὴν ἀγορὰν, προσφερομένων αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ἐπισχεῖν κελεύσας, ἔφη, δεῖσθαι καὶ τοῦ θεοῦ, τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. ἀνελθὼν οὖν εἰς τὸ καπιτώλιον, καὶ θύσας, οὕτω δὴ τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα, κατέβαινε. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, πρῶτον

ὅτι μετὰ τὸν ῥωμύλον οἱ πατρίκιοι ἐν μέρει τὴν βασιλείαν ἀρτύσαντες, ἀνὰ ἕκαστος αὐτῶν ὥρας ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβασίλευον, ὃ καὶ μεσοβασιλεία ἐκαλεῖτο.

ὅτι πάντων ψῆφον βασιλεύει ὁ νομᾶς πομπίλιος.

ὅτι πρέσβεις θύσας τοῖς θεοῖς, καὶ ἐπιθεὶς τὴν ἀρχὴν ὁ νομᾶς, καὶ τὰ βασίλεια παρέλαβε.

Quirinus igitur deus appellatus eſt, ut bellicoſus & haſtatus. Ferũt annos uixiſſe LIIII, & anno regni XXXVIII è cõſpectu hominũ ſublatus eſſe. Cũ hæc Romulo accidiſſent, regẽ uolebãt omnes: ſed Romanorũ animos certamẽ & ſeditio uerſabat, nõ de uiro tantũ, qui principatu potiretur: ſed etiã de gẽte, utra principẽ pręberet. Nam & Romanis, primis urbis cum Romulo conditoribus, non ferendũ uidebatur, ut Sabini in ciuitatẽ aſciti, regnũ ſibi in eos, à quibus recepti eſſent, per uim uendicarẽt: & Sabinis ex altera parte contendentibus, quia Tatio mortuo, Romulũ regnare paſsi eſſent, ſui corporis regẽ creandũ eſſe. Factionibus inter ſeſe ita certantibus, cum ciuitas ſine imperio, exercitus ſine duce eſſet, patricij numero C & L cõſtituerunt, ut quilibet regijs inſignibus ornatus, & dijs immolaret, & iura diceret, ſenis horis noctu, & totidem interdiu. Hæc enim temporũ diſtributio, propter æquabilitatẽ & ipſis magiſtratibus & populo cõmoda uidebatur: & celerrimus magiſtratu abitus inuidiæ minimum habebat, cum ſubditi eundẽ eodem die, eademq́ nocte & regẽ & priuatum cernerẽt. Haud nos præterit, de hac imperij forma, quæ Interregnũ dicitur, alia quoq; iactata eſſe: ego uerò ea tum ſecutus, quæ mihi probabiliora uidebantur. Fremere tamen nihilominus plebs, multiplicatam ſeruitutẽ, multos pro uno dominos factos. Sed tumultu ſedato, cum omnes regem creandũ eſſe conſenſiſſent, ac Sabini eius eligendi poteſtatem Romanis detuliſſent: Numam Pompilium, cuius inclyta uirtus apud omnes erat, electũ per legatos acceſſiuerũt. Nec enim Romę habitabat, ſed in Sabinis, patre natus Põponio, probato uiro, omni genere uirtutis & natura & diſciplina excultus. Vnde tantum nomẽ & gloriã conſecutus fuit, ut Tatius Romuli regis collega Tatiam ei filiã unicã deſponderet: quæ cum ei annos XIII nupta fuiſſet, uitã cum morte cõmutauit. Numa uerò relicta urbana uita, ruri plerumq; in pratis & ſaltibus degere malebat. Cumq; Romani legati ad eũ ueniſſent, XL ætatis annũ agentẽ, regnum offerentes, recuſauit. Sed cum inſtarẽt, & nihil non ad perſuadendũ adhiberẽt, orãtes, ne ciuitatem denuò in ſeditionẽ & bellũ inteſtinum cõijceret (neq; enim eſſe aliũ, in quẽ ambę partes cõſentirent) Numam pater quoq; ſeorſim hortatus eſt, ut principatũ tanq; diuinũ donũ, « & numinis obſequiũ, quiq; uiro bono & pru- « dẽti honeſtas magnasq; res gerẽdi occaſionẽ « pręberet, & uinculum futurus eſſet, quo patria « & omnis Sabinorũ natio beneuolẽtia & amici « tia cũ urbe potẽti & florẽte iungerent. His Numæ uicto, & re diuina peracta, Romã proficiſcenti Senatus populusq; Romanus cum lętis acclamationibus obuiã egreditur. Cum in forum deducto inſignia regni afferrẽtur, differre, ac de ſe regni firmandi cauſa deos conſuli iuſſit: & re diuina in Capitolio peracta, indutaq; ueſte regia, deſcendit. Principatu ſuſcepto, primùm

Interregnum.

Numa Pompilius II rex Rom:

Regni laudes.

Numæ instituta. primùm CCC armatos, quos Romulus ad cuſtodiā corporis ſemper habuerat, amouit. Nec enim decere, ijs diffidere, qui ipſi fiderent: neq́; diſfidētibus imperandū eſſe. Deinde urbē è dura & bellicoſa mitiorē & pacis amantiorē reddere aggreſſus eſt: edixitq́;, ne imaginē Dei uel humana, uel alterius animātis forma erigerēt. Itaq́; annis C & LXX, quamuis templa conderent, nullum tamē in ijs neq́; pictū, neq́; fictum ſimulacrum collocarūt: quòd nefas eſſet, præſtantiores deteriorib. ſimiles facere, neq́; Deus aliter niſi mente cōprehendi poſſet. Victimas incruentas farris & libationis ciuibus ſuis edixit. Deos enim pacis & iuſtitiæ cuſtodes, à cæde puros eſſe oportere. Neq́; diuini quicquam obiter & negligenter audiendū aut uidendum præcepit: ſed ocium agendū à cæteris rebus, & religioni, ut rei maximę, animos intendendos. His rationibus, & alijs pluribus, quas ob multitudinē prætermiſimus, ciuiū ſuorū animos ad pietatem aſſuefecit. Ipſe autē ſpem ſuam ita in Deo collocaſſe fertur, ut cum ei aliquādo ſacrificanti hoſtiū aduentus nūciaretur, ſubridēs dixerit: Ego uerò ſacrifico. Agrū à Romulo bello partum, inter inopes ciues diſtribuit: ut inopiam ſcelerū parentē tolleret, & agricultura ferum populū domaret, quæ acrē pacis amorem in animis excitare poſſet. Ferūtur ab eo Ianuarius & Februarius reliquis mēſibus adiecti eſſe, & annus ad curſum Lunæ in XII mēſes deſcriptus, cum X antè menſium habitus eſſet: ut apud nōnullos barbaros trimeſtris habetur, & inter Græcos apud Arcades IIII, apud Acarnanes VI menſiū.

Aegyptiorum annus menſtruus. Apud Aegyptios uerò menſtruus fuit annus, deinde quadrimeſtris. Vnde antiquiſsimi falſò habētur, cum in genealogijs inexplicabilē annorum numerū recēſent, quippe menſibus annorū loco ponēdis. Ianuarium uerò Numa caput anni eſſe uoluit: qui cum ad iuſtitiam & pietatē ſubditos ita cōſueſeciſſet, omnes bellorum motus conquieuerunt. Neq́; enim populus Romanus duntaxat æquitate & manſuetudine Regis factus eſt humanior: ſed & circumcirca finitimas ciuitates, mutatis moribus, pacis & iuſtitiæ, colendæ terræ, liberos in tranquillitate educandi, deosq́; uenerandi cupido cæpit. Neq́; enim bellum, aut ſeditio, aut nouarum rerum ſtudium, Numa regnante extitit. Neq́; etiam inuidia, inimicitia, aut cōſpiratio, atq́; inſidiæ ex cupiditate regni contra Numam cōparatæ, uſquam memorantur.

Pompilia Anci Martij mater. Filiolam Pompiliam Martio deſpondit, ex qua ei Ancus Martius nepos eſt genitus, qui poſt Tullum Hoſtilium regnauit: quo Numa quinquenni relicto deceſsit, cum paulatim ſenio & leni morbo defeciſſet. Vixit annos LXXXIII, regnauit XLIII.

Tullus Hoſtilius III rex Romanorum. Numa ſine ſucceſſore defuncto, Tullus Hoſtilius à ſenatu populoq́; Romano rex electus, inſtitutis Numæ pleriſq́; deriſis, Romulū magis eſt æmulatus, ad bella & ipſe propēſus, & populi cōcitator. Cum igitur fortè eueniſſet, ut Romani ex Albano agro prædas egiſsēt, uterq́; populus ad bellū ſpectauit.

πρῶτον μὲν τὸ τῶν τριακοσίων διέλυσε σύστημα, οὓς περὶ τὸ σῶμα εἶχε Ῥωμύλος ἀεί. οὐ γὰρ δεῖν ἀπιστεῖν πιστεύουσιν ἔλεγεν, οὐδὲ βασιλεύειν ἀπιστούντων ἄξιον. εἶτα τὴν πόλιν ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς ἐπεχείρει μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ εἰρηνικωτέραν, ἀνθρωποειδῆ τε καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ ἀνιστᾶν Ῥωμαίοις ἀπείρηκεν. ὅθεν οὐδὲ ἦν παρ' αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος θεοῦ. ἐν ἑκατὸν δὲ πρὸς ἑβδομήκοντα ἔτεσι ναῶν αὐτοῖς ἀνεγειρομένων, οὐδὲν ἔμμορφον ἐποίουν ἀφίδρυμα, ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τοῖς χείροσι τὰ βελτίονα, οὔτε ἐφάπτεσθαι ἄλλως θεοῦ δυνατὸν ἢ νοήσει. καὶ τὰς θυσίας δὲ ἀναιμάκτους ποιεῖσθαι ἐθέσπισε δι' ἀλφίτων τε καὶ σπονδῆς. δεῖν γὰρ τοὺς θεοὺς εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης φύλακας ὄντας, φόνου καθαροὺς εἶναι. μήτε δὲ ἀκούειν τι τῶν θείων, μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν. ἐκ δὲ τούτων καὶ ἄλλων πλειόνων, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν, διέθεσεν πρὸς τὸ θεῖον τοὺς τότε ἀνθρώπους εἰς ἐθισμοῦ ὁ νομᾶς ἐπιτηδεύων. αὐτὸν δὲ οὕτω φασὶν εἰς τὸ θεῖον ἀνηρτῆσθαι ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε προσαγγελίας αὐτῷ θύοντί ποτε γενομένης ὡς ἐπέρχονται πολέμιοι, μειδιάσαι καὶ εἰπεῖν, ἐγὼ δὲ θύω. καὶ τὴν χώραν δὲ ἣν αἰχμῇ Ῥωμύλος ἐκτήσατο, διένειμεν ἐν τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ἀφαιρῶν δὲ αὐτῶν τὴν ἀπορίαν, ὡς ἀνάγκην οὖσαν ἀδικίας ποιητικὴν, καὶ τρέπων εἰς γεωργίαν ὡς ταύτης ἐξημερούσης τὸν δῆμον, καὶ δριμὺν εἰρήνης δυναμένης ἐμποιεῖν ἔρωτα. λέγεται δὲ καὶ τὸν ἰανουάριον καὶ τὸν φεβρουάριον παρ' αὐτοῦ τοῖς μησὶ προστεθῆναι, δωδεκάμηνον κατὰ τὸν τῆς σελήνης δρόμον νομοθετήσαντος λογίζεσθαι τὸν ἐνιαυτὸν, δεκάμηνον πρόσθεν ὄντα, ὡς ἐνίοις τῶν βαρβάρων τρίμηνον, καὶ τῶν ἑλλήνων, ἀρκάσι μὲν τετράμηνον, τοῖς δὲ ἀκαρνᾶσιν ἑξάμηνον· αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος, διὸ καὶ ἀρχαιότατοι δοκοῦσιν εἶναι, καίτοι μὴ ὄντες, πλῆθος ἀμήχανον ἐτῶν ἐν ταῖς γενεαλογίαις εἰσάγοντες, ἅτε δὴ τοὺς μῆνας εἰς ἐτῶν τιθέμενοι ἀριθμόν. καὶ τὸν ἰανουάριον δὲ νομᾶς εἰς ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἀπένειμεν. οὕτω δὲ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ συνεθίσαντος τὸ ὑπήκοον, ἠρέμησε πάντα τὰ τοῦ πολέμου. οὐ γὰρ μόνον ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἡμερώθη τῇ τοῦ βασιλέως εὐνομίᾳ, καὶ τῇ πρᾳότητι, ἀλλὰ καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις ἀρχὴ μεταβολῆς ἔλαβε, καὶ πόθος εἰσερρύη πάντας εἰρήνης, καὶ τοῦ δικαίου, γῆν φυτεύειν, καὶ τέκνα τρέφειν ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ σέβεσθαι θεούς. οὔτε γὰρ πόλεμος, οὔτε στάσις, οὔτε νεωτερισμὸς περὶ πολιτείας ἱστόρηται νομᾶ βασιλεύοντος. οὐδ' ἐπ' ἐκεῖνον τὶς φθόνος, ἢ ἔχθρα, ἢ σύστασις ἀνδρῶν, ἢ ἐπιβουλὴ δι' ἔρωτα βασιλείας γενέσθαι ποῦ ἀναγέγραπται. θυγατέρα δὲ ἐκδοὺς πομπιλίαν, μαρκίῳ ταύτην ἐξέδοτο, ἐξ ἧς μάρκιος ἄγκος θυγατριδοῦς ἐτέχθη αὐτῷ, ὃς μετὰ τοῦλλον ὁστίλιον ἐβασίλευσε. τοῦτον πενταέτη καταλιπὼν ὁ νομᾶς ἐτελεύτησεν, κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος, χρόνον τρισὶ τοῖς ὀγδοήκοντα προσβιώσας, βασιλεύσας ἔτη ἐπὶ τρισὶ τεσσαράκοντα. τοῦ δὲ νομᾶ τελευτήσαντος, καὶ μηδένα καταλιπόντος διάδοχον, ὁστίλλος τοῦλλος ᾑρέθη παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς. ὃς τὰ πλεῖστα τῶν τοῦ νομᾶ χλευάσας ἐθῶν, τὸν Ῥωμύλον ἐζήλωσε, καὶ πρὸς μάχας αὐτός τε ὥρμα, καὶ τὸν δῆμον ἠρέθιζεν. ἁρπαγῆς γοῦν γενομένης παρὰ Ῥωμαίων ἐξ ἀλβανῶν, ὥρμησαν πρὸς μάχην ἑκάτεροι. πρὸ δὲ

Tandem quidam unum aggreſſus, promiſſam eius barbam deorſum traxit: & ſenem, qui baculum eius capiti illiſerat, ſtricto enſe occidit: eodemq́ modo reliqui à Barbaris cæſi ſunt, ædes direptæ & incenſæ. Deinde Capitolio per multos dies fruſtra oppugnato, alij in præſidijs manſerunt, alij ad cõmeatum petendum agros populati ſunt, diſperſi, ac nullo ordine, elati ſucceſsibus, & præ ebrietate titubantes. Nam uini magna copia reperta, auidè ſe ingurgitarant, ut qui prius ſimilem potum non guſtaſſent.

Camillus Ardeatium auxilijs, & cõcurſu Romanorum, Gallis profligatis, patriam liberat.

Quos ubi Camillus ſic affectos uidit (nam Ardeatem quoq; agrũ infeſtabant) cum Ardeatium iuſta multitudo eſſet, ſed ob belli gerendi imperitiam non ſatis audaciæ haberet: apud iuniores ſermonem iniecit, ſucceſſus illos non fortitudini Barbarorum, ſed infelicitati Romanorum eſſe aſſcribendos. Quòd ſi ſtrenuam operam imperterriti nauare uellent, citra periculum hoſtes ſuperaturos aſfirmauit. Sic perſuaſis adoleſcentibus, mox etiam cæteris, ætate florentes armat: & profunda nocte Barbaros aggreſſus, pleroſque illic cæcîdit. Si qui uerò in tenebris effugerunt, eos interdiu equites comprehenſos occiderunt. Eam uictoriam cum fama celeriter paſsim uulgaſſet, Romani qui ex prima pugna Gallica euaſerant, ſumptis armis ad Camillum ſe contulerunt, petentes, ut imperium in ſe exercere uellet. Id ille recuſauit, priuſquam ab ijs qui in Capitolio incolumes eſſẽt, decerneretur. Cum nemo eſſet, qui id in Capitolium nunciaret:

Pontius Cominius.

quidam adoleſcens Pontius Cominius, gloriæ cupiditate id diſcrimen adijt, perq́ medios hoſtes clam ad tumulum Capitolinum euaſit: & cum ægrè nunc pronus, nunc ſupinus arrepſiſſet, ab excubitoribus ad magiſtratus eſt perductus: nunciataq́ uictoria, & militum uoluntate expoſita, eos hortatus, ut imperium Camillo confirmarent. Qui cum ab eis Dictator dictus eſſet, Romanorum qui foris erant ad XX millia, & magnis ſociorũ auxilijs comparatis, ad pugnam ſe parauit. At Barbari cum interdiu circumeuntes animaduertiſſent, ubi Pontius in Capitolium conſcendiſſet (id uerò ex abruptis petræ fragmentis, & herba, quæ multa in ea erat, partim euulſa, partim conculcata, coniectabant) illic & ipſi noctu aſcendere ſtatuerũt: & rem aggreſsi, ægrè illi quidem, ſed aſcenderunt tamen. Ac propugnacula attigiſſent, & uigiles oppreſsiſſẽt, niſi anſeres,

Anſeres Capitolini.

qui in æde Iunonis alebantur, cum natura ſenſus excitatos habeant, & ad quemuis ſtrepitum expaueſcant, celeriter Gallorum aduentu animaduerſo, cum turbulento ſtrepitu fugientes, uigiles cæteroſq́ omnes excitaſſent. Sic Romani, ijs qui aſcenderãt partim occiſis, partim de petra deiectis, id periculum euitarunt. Ex eo Gallis imminuti ſunt animi, cum oppugnationis ærumnas ſeptem menſibus toleraſſent. Itaq; duce Barbarorũ Brẽno, & Romanorum tribuno Sulpitio, de pacificatione tractãtibus,

conuenit,

ὀψὲ δὲ τολμήσας τις ἐγγὺς παρέστη, καὶ τῆς ὑπήνης ἁψάμενος τοῦ ἀνδρὸς, κατῆγε ταύτην βαθεῖαν οὖσαν. ὁ δὲ τῇ βακτηρίᾳ τὴν κεφαλὴν ἐκείνου ἐπάταξε, καὶ ὁ βάρβαρος ἀνασπάμενος τὴν μάχαιραν, τὸν ἄνδρα κατέκτεινεν. οὕτω δὲ τοὺς λοιποὺς ἀνῄρουν οἱ βάρβαροι, προσπεσόντες αὐτοῖς, καὶ τὰς οἰκίας ἐπόρθουν καὶ κατεπίμπρασαν, εἶτα καὶ τῷ καπιτωλίῳ προσέβαλον. ὡς δὲ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀποχειροῦντες οὐδὲν ἤνυον, οἱ μὲν ἐφρούρουν τὸ καπιτώλιον, οἱ δὲ τὴν χώραν κατέτρεχον, τροφὰς πορίζόμενοι, σκεδνάμενοι καὶ σποράδην ἰόντες, ἀλλ' οὐχ' ὁμοῦ, ἅτε μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασι, καὶ ὑπὸ μέθης ἐσφάλλοντο. οἴνου γὰρ ἐντυχόντες πολλοῦ, ἀκρατέστερον ἐχρῶντο αὐτῷ, μήπω πρότερον πόματος τοιούτου γευσάμενοι. οὕτω δ' ἔχοντας ὁρῶν τοὺς γαλάτας ὁ κάμιλλος, ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν ἀρδεατῶν ἐληίζοντο χώραν, αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀρδεάτας πλήθει μὲν ἱκανοὺς ὄντας, τόλμης δὲ δεομένους διὰ ἀπειρίαν καὶ τὸ πρὸς μάχας ἀνάσκητον, λόγους πρὸς τοὺς νεωτέρους ἐνέβαλεν, ὡς οὐκ ἀνδρείᾳ τῶν βαρβάρων τὴν εὐπραγίαν αὐτῶν ἐπιγραφῆναι δεῖ, ἀλλ' ἀτυχίᾳ ῥωμαίων· καὶ εἰ προθυμοῖντο καὶ θαρροῖεν αὐτοί, ἀκινδύνως νικήσειν τοὺς πολεμίους διϊσχυρίζετο. οὕτω πείσας τοὺς νέους, εἶτα καὶ τοὺς λοιποὺς, ὅπλισε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ νυκτὸς βαθείας μεθύουσιν αὐτὸς μετὰ τῶν ἀρδεατῶν τοῖς βαρβάροις προσέμιξε, καὶ τοὺς πλείονας ἐκεῖ κατέκοψεν. εἰ δέ τινες καὶ φυγεῖν ἐδυνήθησαν ἐν τῷ σκότει, μεθ' ἡμέραν διέφθειρον αὐτοὺς ἱππεῖς καταλαμβάνοντες. τῆς δὲ φήμης ταχὺ ἐκρυείσης ἁπανταχοῦ ὃ κατώρθωκε, οἱ τῶν ῥωμαίων φυγόντες ἐκ τῆς πρώτης πρὸς τοὺς γαλάτας μάχης ἐσώζοντο, τὰ ὅπλα λαβόντες, ἀπῄεσαν πρὸς τὸν κάμιλλον, δέχεσθαι δεόμενοι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη πεισθήσεσθαι, μὴ πρότερον τῶν ἐν τῷ καπιτωλίῳ σωζομένων, ψηφισαμένων αὐτῷ τὴν ἀρχήν. ἦν δὲ ἀπορία τοῦ ταῦτα διαγγελοῦντος τοῖς εἰς τὸ καπιτώλιον. εἷς δέ τις τῶν νέων κομήνιος πόντιος, δόξης ἐρῶν, ὑπέστη τὸν ἆθλον, καὶ λαθὼν διὰ μέσων διέβη τῶν πολεμίων, καὶ τῷ λόφῳ τοῦ καπιτωλίου προσπελάσας, καὶ χαλεπῶς ἀνερπύσας, μόλις τε ἀναρριχησάμενος, πρὸς τοὺς ἐν τέλει τῶν ῥωμαίων παρὰ τῶν φυλαττόντων εἰσήχθη, καὶ τήν τε νίκην τοῦ καμίλλου κατήγγειλε, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς στρατιώταις εἰπὼν, βεβαιῶσαι τῷ καμίλλῳ τὴν ἀρχὴν παρεκάλει. οἱ δὲ δικτάτορα τὸν κάμιλλον ἐψηφίσαντο. καὶ ὃς τοὺς ἔξω ὄντας ῥωμαίους περὶ δισμυρίους συναγαγὼν, καὶ ἐκ τῶν συμμάχων πολλοὺς, παρεσκευάζετο πρὸς ἐπίθεσιν. οἱ δὲ βάρβαροι μεθ' ἡμέραν διιόντες, καὶ καταμαθόντες, ὅθεν ὁ πόντιος προσέβη τῷ καπιτωλίῳ (τοῦτο δὲ ὑπετόπασαν ἔκ τε τῶν ἀπερρωγότων τῆς πέτρας θραυσμάτων, καὶ τῆς πόας ἣ πολλὴ ἐπ' αὐτῆς ἦν, τῆς μὲν ἀνεσπασμένης, τῆς δὲ συμπεπατημένης) ἐκεῖθεν ἀναβῆναι νυκτὸς καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύσαντο· καὶ ἐπεχείρησαν τῷ ἔργῳ, καὶ δυσχερῶς μὲν, ἀνέβαν δὲ ὅμως, καὶ ἔλαθον ἂν ἡμμένοι τοῦ προτειχίσματος, καὶ τοῖς φύλαξιν ἐπιθέμενοι, εἰ μὴ χῆνες ἦσαν περὶ τὸν ναὸν τῆς ἥρας τρεφόμενοι, οἳ φύσει ὄντες εὐαίσθητοι καὶ ψοφοδεεῖς, ταχὺ τῶν γαλατῶν τὴν ἔφοδον ᾔσθοντο, καὶ ταραχώδει κλαγγῇ φερόμενοι πρὸς τοὺς φύλακας, ἐπήγειραν ἅπαντας. οὕτω δὲ τοῖς ἀνιοῦσιν οἱ ῥωμαῖοι προσμίξαντες, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ κατὰ τῆς πέτρας ἀπώσαντο, καὶ τὸν κίνδυνον ἐκπεφεύγασιν. ἐντεῦθεν ἦσαν οἱ κελτοὶ ἀθυμότεροι, ἐφ' ἑπτὰ μησὶ τῇ πολιορκίᾳ ταλαιπωρούμενοι. διὸ καὶ περὶ συμβάσεως ὅ τε τῶν βαρβάρων βασιλεὺς βρέννος, καὶ ὁ τῶν ῥωμαίων χιλίαρχος ὁ σουλπίκιος διελέχθησαν·

καὶ συνω-

καὶ συνέβη χιλίας λίτρας χρυσίου τοῖς Γαλάταις τοὺς Ῥωμαίους καταβαλεῖν, τοὺς δὲ τὸ χρυσίον λαβόντας αὐτίκα τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας ἀπαναστῆναι. κομισθέντος δὲ τοῦ χρυσίου, καὶ τῶν βαρβάρων περὶ τὸν σταθμὸν κακουργούντων λάθρα, ὁ Βρέννος τὸ ξίφος ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα λύσας, ἐπέθηκε τοῖς σταθμοῖς. πυθομένου δὲ τοῦ χιλιάρχου, τί τὸ γινόμενον; τί ἄλλο, εἶπεν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; ἐν τούτοις ὁ Κάμιλλος ἄγων τὸν στρατὸν, ταῖς πύλαις ἐπέστη τῆς πόλεως· καὶ μαθὼν τὰ γινόμενα, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐπειγόμενος ἐπορεύετο. καὶ ἐλθὼν τὸ μὲν χρυσίον ἄρας ἐκ τῆς ζυγῆς, τοῖς ὑπηρέταις ἔδωκε, τὸν ζυγὸν καὶ τὰ σταθμὰ τοὺς Γαλάτους λαβόντας ἀποχωρεῖν ἐκέλευσεν, εἰπὼν, ὡς σιδήρῳ πάτριόν ἐστι Ῥωμαίοις, καὶ οὐ χρυσῷ τὴν πατρίδα σώζειν. τοῦ δὲ Βρέννου ἀδικεῖσθαι φάσκοντος, λυομένης τῆς ὁμολογίας, ἀντεῖπεν ὁ Κάμιλλος, μὴ κυρίας εἶναι τὰς συνθήκας αὐτοῦ μὴ συμπράξαντος, ἤδη δικτάτορος ᾑρημένου. ταραχθεὶς οὖν ὁ Βρέννος μικροῦ ξιφουλκίας προῆλθεν, ὅμως δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον ἀπήγαγε τοὺς Γαλάτας· εἶτ' ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, καὶ σταδίους ἑξήκοντα προελθὼν ἐστρατοπεδεύσατο. ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτὸν, τεθαρρηκότας ἤδη ἐπαγόμενος τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τρέπεται τοὺς βαρβάρους φόνῳ πολλῷ, καὶ λαμβάνει σφῶν τὸ στρατόπεδον. οὕτως ἡ Ῥώμη παραλόγως ἑάλω, καὶ ἐσώθη παραλογώτερον, ὁ δὲ Κάμιλλος ἐθριάμβευσε. τῆς οὖν πόλεως διεφθαρμένης παντάπασι, τὸ πλῆθος ἀνοικοδομεῖν αὐτὴν οὐκ ἤθελεν, ὅτι χρήμασιν ὅτι σώμασιν ἐξῃρημένοι, καὶ μικροῦ ἐξέλιπον ἂν αὐτήν. οὐδὲ γὰρ ἐπείθοντο οὔτε τοῖς ἐν τέλει, οὔτε τῇ γερουσίᾳ παρακαλούσῃ καὶ συμβουλευούσῃ μὴ ἐκλιπεῖν τὸ ἄστυ, ὃ ἐκ τῶν πολεμίων ἤδη ἐσέσωστο, εἰ μὴ ἐν τῇ ἀγορᾷ πάντων περὶ τούτου βουλευομένων, ἑκατόνταρχος φρουρὰν ἄγων τινὰ, καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἐκκλησίαν διιὼν τυχαίως, ἐνταῦθα στῆθι, πρὸς τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ἐβόησεν· ἐνταῦθα γὰρ δεῖ ὑμᾶς μεῖναι. θείᾳ δὲ προνοίᾳ νομίσαντες τοῦτ' εἰρῆσθαι, καὶ τῆς μεταναστάσεως ἀπέσχοντο. πρὸς δὲ τὸν ἀνακαινισμὸν τῆς Ῥώμης σὺν προθυμίᾳ ἐτράποντο, καὶ τά τε τείχη καὶ τὰς ἰδιωτικὰς οἰκίας ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἀνεκαίνισαν. ἔτι δὲ περὶ ταῦτα πονοῦσιν ἀσχολίαν, πόλεμοι προσέπεσον διαφόρων ἐθνῶν, Αἰκανῶν τε, καὶ Οὐολούσκων, καὶ Λατίνων. Τυρρηνοὶ δὲ Σούτριον ἐπολιόρκουν, συμμαχίδα Ῥωμαίων πόλιν. ἀποδείκνυται οὖν τὸ τρίτον δικτάτωρ ὁ Κάμιλλος, καὶ στρατεύσας ἐπ' αὐτοὺς, κατετροπώσατο τοὺς λοιποὺς, ἤδη δὲ τὸ Σούτριον ἦγε τὴν στρατιάν. οἱ δὲ Σουτρηνοὶ (ἔτυχον γὰρ τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις ἐκδεδωκότες, καὶ ταύτης ἐκχωρήσαντες) καθ' ὁδὸν ἔτι ὄντι τῷ Καμίλλῳ μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐνέτυχον. οὓς ἰδὼν ὁ Κάμιλλος, καὶ τὰ συμβεβηκότα πυθόμενος, αὐτίκα πρὸς τὸ Σούτριον ὡς εἶχεν ἠπείγετο· καὶ ἀπροσδοκήτως αὐτῷ προσβαλὼν, ἀφύλακτόν τε εὑρὼν, ἀπέδωκε κατὰ τὴν αὐθημερὸν τοῖς πολίταις αὐτὸ ἀνασώσας. ἐθριάμβευσεν οὖν ἐπὶ τούτοις, ἄγων τὰ ἐπινίκια, καὶ ἐπὶ μέγα δόξης ἦρτο. Μάρκος δὲ ὁ Μάλλιος πρῶτος τοὺς Γαλάτας τοῦ Καπιτωλίου προσβαλόντας ἐκ τῶν ἄκρων ὠσάμενος (ὅθεν καὶ Καπιτωλῖνος προσωνομάσθη) φθονῶν τῷ Καμίλλῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων, τυραννίδι ἐπέθετο. καὶ διὰ τοῦτο ὑπήρχετο τὸν ὅμιλον δημαγωγῶν, καὶ πάντα πράττων εἰς θεραπείαν αὐτοῦ. προσλαβὼν οὖν αὐτοῦ τὸ πλῆθος, ἀνήγαγεν εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ κατεῖχεν αὐτό. διὸ καὶ δικτάτωρ τὸ τέταρτον ᾑρέθη ὁ Κάμιλλος. τῶν δὲ τῆς γερουσίας καὶ τῶν ἐν τέλει ἐπὶ μέγα δέους ἐμπεπτωκότων, καὶ ἀπορούντων τί ἂν πράξαιεν, δοῦλός τις αὐτοῖς προσελθὼν, ζῶντα τὸν Καπιτωλῖνον σφίσι παραδώσειν ὑπέσχετο. λαβὼν οὖν ὁπλίτας, καὶ τάξας αὐτοὺς ἀφανῶς ἐν ἐνέδρᾳ ὑπὸ τὸ Καπιτώλιον, ὡς αὐτόμολος πρὸς τὸν Καπιτωλῖνον προσχω

conuénit, ut Romani Gallis mille pondo auri numerarẽt: Galli uerò auro accepto, ſtatim urbe agroq́ Romano excederent. Auro allato, Barbaris in pẽſando clam fraudẽ ſtruentibus, Brennus enſem & baltheũ lateri demptũ ponderibus impoſuit. Rogante Tribuno, quid id eſſet? Quid aliud, inquit, niſi uictis dolor? Interea Camillus cum exercitu ad portas urbis acceſsit: & ſtatu rerũ cognito, properè ad Romanos abit, aurũ de lancibus ſublatũ miniſtris dat auferendũ, Gallos cum lancibus & põderibus abire iuſsit. Romani enim moris eſſe, ferro, nõ auro patriam tueri. Brenno conquerente, iniuriam ſibi fieri, ſi pacta rumperentur: Camillus reſpõdit, pacta irrita eſſe abſq; ſuo aſſenſu, qui iam Dictator creatus eſſet. Quo ſermone turbatus Brennus, parum abfuit quin enſem ſtringeret. ſed tamẽ Gallos in caſtra duxit: eaq́ deinde, relicta urbe, ſtadia LX promouit. Cum primùm diluxiſſet, adeſt Camillus, Romanos iam fidẽtes adducit: & Barbaris cum multa cæde profligatis, caſtra occupat. Sic Roma capta mirabiliter, & maiore miraculo liberata, Camillus triumphauit. Sed multitudo urbẽ penitus euerſam inſtaurare noluit, ob inopiã pecuniæ, & corporũ imbecillitatẽ. Ac parũ abfuit, quin ea dereretur: ac neq; ſenatui, neq; alijs magiſtratibus, à deſerẽdæ urbis conſilio, profligato hoſte, reuocãtibus paruiſſet plebs, niſi cũ in foro ea de re omnes deliberarẽt, cẽturio quidã ex præſidio reuertẽs, dum fortè agmine forũ trãſiret, in comitio exclamaſſet: Hic ſtate, hic uobis manendũ eſt. Ea enim uerba diuinitùs prolata arbitrati, migrationis cõſilium abiecerũt: & ad Romę inſtauratione alacriter conuerſi, tũ mœnia, tum priuatas ædes annuo ſpacio refecerũt. Verùm ea occupatione nondũ defunctos, bella uariarum gentium infeſtarunt, Aequorum, Volſcorum, & Latinorum. Tyrrheni Sutrium, ſociam populi Romani urbem, obſederũt. Igitur Camillus tertiùm Dictator dictus, cæteris profligatis, exercitum contra Sutrium duxit. Enimuerò Sutriani, dedita hoſtibus urbe, cum uxoribus & liberis Camillo in itinere obuiã facti ſunt. Quibus uiſis Camillus, eorumq́ caſibus cognitis, ſtatim, ut erat, Sutriũ properat: ac ſubitò aggreſſus, urbẽ nulla munitã cuſtodia, ciuibus incolumem eodem die reſtituit. His rebus geſtis triumphauit, magnam gloriam adeptus. Marcus uerò Mãlius, qui primus Gallos Capitolio depulit, unde Capitolini nomen eſt adeptus, præ cæteris Camillo inuidẽs, regnum affectauit: eaq́ de cauſa plebe ſibi obſequijs deuincta, in cuius gratiam nihil non faciebat, à factione ſua ad Capitolium occupandum ductus eſt. quare Camillus quartùm Dictator eſt dictus. Senatu autem & magiſtratibus cæteris admodum conſternatis, & quid agendum eſſet dubitantibus, ſeruus quidam promiſit, ſe Capitolinũ eis uiuentem traditurum: acceptisq́ armatis, & clam per inſidias ſub Capitolio collocatis, transfugæ ſpecie ſe ad illum confert;

Pactio cum Gallis, Camilli Dictatoris interuentu fit irrita.

Conſilium deſerendæ urbis, centurionis uoce mutatur.

Camillus tertiùm Dictator, hoſtibus profligatis, Sutrium recuperat.

M. Manlius ob Capitolium affectatũ, de ſaxo Tarpeio deijcitur.

confert: eiusq́ facto collaudato, à conſeruis ſuis auxilia pollicetur. Quę cum diceret, uirum paulo longius à circumſtantibus, ut arcani aliquid dicturus, in eum Capitolij locum, quo inſidiæ collocatæ erant, perductum, præcipitat. Ita captus in prętorium abducitur: ubi cum res ſuas geſtas commemoraret, & Capitolio iudicibus ac circumſtanti coronæ (ex eo enim loco uideri poterat) oſtenſo, ut & arcem, & eos qui illuc confugerant, conſeruaſſet, in memoriam reuocaret: iudices miſeratione adducti, eum neque abſolutum, neque damnatum ampliarunt. Eo Camillus cognito, iudices in alium locum traduxit, unde Capitoliũ cõſpici non poterat. Vbi cõdemnatus, & in Capitoliũ perductus, de rupe Tarpeia præcipitatur, unde Gallos ipſe ꝓfligarat. Deinde multa bella partim ipſi urbi, partim ſubiectis ciuitatibus illata, Romani & per Camillũ, & eo iam ſenio effœto, per alios omnia propulſarunt: & ſummo ocio ab exteris hoſtib. potiti, inter ſeſe certarũt. Nam cum M. Fabius patricius, duarũ filiarum pater, natu maiorem Licinio Stoloni, homini lõge inferioris conditionis, iuniorem Sulpitio Rufo, ſui loci uiro, deſpondiſſet: interim dum Rufus tum Tribunus in foro uerſatur, ſoror uxorem eius inuiſit. Illo reuertente, cum lictor ueteri quadam conſuetudine fores pulſaret, ad cum ſtrepitum mulier, illius rei inſolens, expaueſcit: eaq́ de cauſa riſu & à ſorore & à cæteris orto, ut plebeia muliercula, deridetur.

Plebeij magiſtratum petunt. Quam illa rem inique animo ferens, maritum ad petendos honores incitat: cuius impulſu Stolon, re cum L. Sextio ſui ordinis homine communicata, per uim tribunatum uterque expetiuerunt, confuſo Reipublicæ ordine. ut per annos quatuor nulla eſſet populi obedientia, patriciorum comitijs interruptis. Auctaq́ turba illa eſſet, niſi nunciatum fuiſſet, Gallos denuò Romam inuaſuros. Omiſſa igitur omni inter ſe contentione, Camilloq́ quintùm Dictatore dicto, contra hoſtes ſunt profecti. Sed antequam prælium committeretur, ſingulare

Titus Manlius Torquatus. certamen eſt initum. Titus enim Manlius, uir patricius, offenſo patre, neglectus in agro uerſabatur. Cui deinde reconciliatus, factusq́ Tribunus militum, Gallum à quo prouocatus fuerat: uicit: & aureum torquem illi detractum geſtare ſolitus, Torquati cognomentum inuenit.

Camillus Gallos denuò profligat. Exercitibus quoq́ congreſsis Galli ſuperati, Romano itinere omiſſo, Albanum agrum populabantur. Id Romani prohibere noluerunt, donec mero & crapula diſtentos minore periculo aggreſsi, multos occiderunt, eosq́ caſtris exuerunt. Camillus Romam reuerſus,

Conſulatus reſtituitur. magiſtratum depoſuit. Ab eo tempore Tribunis militum, qui in Conſulum ſucceſſerant locum abrogatis, Coss. deſignari cœperũt, aliàs patricij, aliàs plebeij, nonnunquã utriuſq́ ordinis ſimul. Lue Romæ graſſante, Camillus etiã eſt mor-

προσεγκεχειρήκει, ἐπαινεῖ τε αὐτὸν τῆς εὐχαριστίας, καὶ βοηθήσειν παρὰ τῶν ὁμοδούλων αὐτῷ ἐπηγγέλλετο. καὶ τοιοῦτος οἷα διαλεγόμενος, ἀπήγαγε τὸν ἄνδρα πόῤῥω τῶν ἑστηκότων, ὡς δή τι κοινολογούμενος αὐτῷ ἰδιαίτερον, καὶ ἠρέμα κατ' ἐκεῖνο τοῦ Καπιτωλίου προσῄει, καθ' ὃ ἡ ἐνέδρα ἐλελόχιστο, κἀκεῖθεν αὐτὸν κάτω ἀπώσατο, ὃς καὶ ληφθεὶς ἀπηνέχθη πρὸς τὸ δικαστήριον. ὁ δὲ τάς τε ἀριστείας κατέλεγε, καὶ τὸ Καπιτώλιον τοῖς τε δικάζουσι, καὶ τοῖς περιεστῶσιν ἐδείκνυ, ἄποπτον ὂν ἐκεῖθεν, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἐν αὐτῷ προσπεφευγότων πολιτῶν ἀνεμίμνησκεν, ὡς ἐντεῦθεν κατακλασθῆναι τοὺς δικαστάς, καὶ ὑπερτίθεσθαι τὴν ψῆφον, μήτ' ἀφιέντας, μήτε καταδικάζοντας. τοῦτο δὲ νοήσας ὁ Κάμιλλος, εἰς ἄλλον τόπον τὸ δικαστήριον συνεστήσατο, ὅθεν οὐκ ἦν τὸ Καπιτώλιον ἄποπτον· καὶ καταψηφισθεὶς ὁ Καπιτωλῖνος ἐκεῖ, ἀπήχθη τε εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ κατὰ τῆς πέτρας ὠσθεὶς ἀπώλετο, καθ' ἧς ἐκεῖνος τὸν Κελτὸν κατεκρήμνισεν. εἶτα πολλῶν πολέμων κατά τε τῆς Ῥώμης αὐτῆς, καὶ τῶν ὑποκειμένων αὐτῇ πόλεων ἐνστάντων, ἐπεξελθόντες τοῖς ἐναντίοις οἱ Ῥωμαῖοι, διά τε τοῦ Καμίλλου καὶ δι' ἑτέρων καὶ ἐκείνου ὑπεργηράσαντος, τούς τε πολέμους κατέπαυσαν, καὶ εἰρήνην βαθεῖαν ἔχειν πρὸς τοὺς ἐκτός, πρὸς ἀλλήλους διεστασίαζον. Μάρκος γάρ τις Φάβιος εὐπατρίδης, θυγατέρων δύο τυγχάνων πατήρ, τὴν μὲν πρεσβυτέραν Λικινίῳ τινὶ Στόλωνι κατηγγύησε, πολὺ αὐτοῦ καταδεεστέρῳ· τὴν δὲ νεωτέραν Σουλπικίῳ Ῥούφῳ ἀνδρὶ ὁμοτίμῳ συνῴκισε. χιλιαρχοῦντος δὲ τοῦ Ῥούφου, καὶ ὄντος ἐν ἀγορᾷ, πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς παραγεγόνει. ἀφικομένου δ' ἐκείνου, τὴν θύραν ὁ ῥαβδοῦχος κατὰ τὸ ἔθος ἀρχαῖον ἔκρουσε. διεπτοήθη δὲ πρὸς τὸν πάταγον ἡ γυνὴ ἅτε τοιούτου ἀπείρατος γεγαμημένη. καὶ γέλως ἤδη τούτῳ καὶ παρὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τῶν παρόντων ἐγένετο, καὶ ὡς ἰδιῶτις ὠνειδίσθη. τῇ δ' ἐν δεινῷ τὸ πρᾶγμα προσέπεσε, καὶ τὸν ἄνδρα εἰς ἀρχὴν παραγγέλλειν ἠρέθιζεν. ὁ γοῦν Στόλων ὑπὸ τῆς γυναικὸς παρακινηθείς, Λουκίῳ τινὶ Σεξτίῳ ἀνδρὶ τῶν ὁμοίων τοῦ πράγματος κοινωσάμενος, ἄμφω δημαρχῆσαι κατειργάσαντο, καὶ τὸν κόσμον τῆς πολιτείας συνέχεον, ὡς καὶ ἤδη τέσσαρσιν ἔτεσιν ἀναρχίαν γενέσθαι τοῦ δήμου. τὰς γὰρ τῶν εὐπατριδῶν ἀρχαιρεσίας ἐνεπόδιζον, καὶ ἤδη πλεῖον ἂν ἔτι τοῦτ' ἐγένετο, εἰ μή τις ἀγγελία ἐκεκόμιστο, ἤδη τὴν Ῥώμην αὖθις ἐλαύνειν τοὺς Κελτούς. ἅπαν οὖν πρὸς ἀλλήλους ἀφέντες διάφορον, δικτάτορα τὸ πέμπτον τὸν Κάμιλλον εἵλοντο, καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐστράτευσαν. οὐ μάχη μὲν ἐκοινή, μονομαχία δὲ γέγονε πρότερον. Τίτος γάρ τις Μάλλιος ἀνὴρ εὐπατρίδης, προσκεκρουκὼς τῷ πατρί, παρημέλειτο, καὶ διέτριβεν ἐν ἀγρῷ. εἶτα τῷ πατρὶ διαλλαγείς, καὶ χιλίαρχος στρατοπέδου γενόμενος, τῷ τε προκαλουμένῳ Κελτῷ πρὸς μονομαχίαν ἀντέστη, καὶ νικήσας αὐτόν, τὸν στρεπτὸν αὐτοῦ χρυσοῦν ὄντα ἐσκύλευσε, καὶ Τουρκουάτος φορῶν αὐτὸν ἐπικέκλητο. συμμιξάντων δὲ καὶ τῶν στρατευμάτων, ἡττῶντο οἱ Κελτοί, καὶ τῆς μὲν ἤδη τὴν Ῥώμην ὁρμῆς ἀπέσχοντο, τὴν δ' Ἀλβανίδα ἐλεηλάτουν. ἐάσαντες δὲ αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι διαρπάσαι τὴν χώραν, ὡς κατακορεῖς γενόμενοι βρωμάτων καὶ μέθης, δυσμεταχειριστότεροι ἦσαν, ἐπέθεντο σφίσι, καὶ αὐτῶν τε πολλοὺς διέφθειραν, καὶ τὸ αὐτῶν εἷλον στρατόπεδον. ὁ δὲ Κάμιλλος εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανελθών, ἀπέθετο τὴν ἀρχήν. ἐκ τότε οὖν οἱ μὲν χιλίαρχοι οἱ ἀντὶ τῶν ὑπάτων ἐγίνοντο, [illegible], ὕπατοι δὲ ἀπεδείκνυντο, ἔστι μὲν εὐπατρίδαι, ἐκ δὲ τοῦ πλήθους ἔστιν ὅτε, ποτὲ δὲ καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ὁμοῦ. νόσου δ' ἐνσκηψάσης τῇ Ῥώμῃ, καὶ ὁ Κάμιλλος τέθνηκε,

τέθνηκε, καὶ οἱ ῥωμαῖοι πλεῖστα θανόντος τοῦ ἀνδρὸς ἠνιάθησαν. μετὰ δὲ ταῦτα καί τι συμβῆναι πάθος περὶ τὴν ῥώμην ἱστόρηται. διαστῆναι γάρ τὸ πεδίον λέγεται, τὸ μεταξὺ τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ καπιτωλίου ἐξαπίνα, μήτε σεισμοῦ προηγησαμένου, μήτ' ἄλλου τινὸς, οἷα συμβαίνειν εἴωθε φυσικῶς ἐπὶ τοιούτοις παθήμασι. καὶ ἐν τὸ χάσμα διαμένειν ἐπὶ μακρὸν, ὅτε συμβληθησόμενον οἷον δή ποτε, ὅτε μέντοι πληρούμενον, καίτοι ταῦτα χοῦν τε ῥωμαίων ἐς αὐτὸ συμφερόντων πολὺν, καὶ λίθους, καὶ ἄλλην ὕλην παντοδαπήν. ἐρωτοῦσιν οὖν τοῖς ῥωμαίοις, χρησμὸς ἐδόθη, μὴ ἄλλως τὸ διεστὼς συνελθεῖν, εἰ μὴ τὸ κρεῖττον αὐτῶν, καὶ δι' ὃ μάλιστα πλεῖστον ἰσχύουσιν, εἰς τὸ χάσμα ἐμβάλλουσιν· οὕτω γὰρ ἐκεῖνό τε παύσεσθαι, καὶ τῇ πόλει ἔσεσθαι δύναμιν ἀκατάλυτον. ἔμελλον οὖν καὶ πάλιν τὸ ἄπειρον ἀπορούμενον, ἀσαφοῦς τυγχάνοντος τοῦ χρησμοῦ. μάρκος δὲ κούρτιος ἀνὴρ εὐπατρίδης, υἱὸς τῆς ἡλικίας, ὡραιότατος τὴν μορφὴν, ῥωμαλεώτατος τὴν ἰσχὺν, ἀνδρειότατος τὴν ψυχὴν, φρονήσει διαπρεπὴς, τὸν νοῦν συνεὶς τοῦ χρησμοῦ, παρελθὼν εἰς μέσον ἐδημηγόρησε λέγων· τί τῶν λογίων ἀσάφειαν, ὦ ῥωμαῖοι, ἢ ἀμαθίαν ἡμῶν αὐτῶν καταψηφιζόμεθα; ἡμεῖς ἐσμὲν τοῦτο δὴ τὸ ζητούμενόν τε καὶ ἀπορούμενον. οὐ γάρ τι ἄψυχον ἐμψύχου λογισθήσεται βέλτιον, οὐδὲ τοῦ φρονοῦντος καὶ ἔμφρονος καὶ λόγῳ κεκοσμημένου, τὸ ἄνουν, ἄλογόν τε καὶ ἄφρον προτιμηθήσεται. τί γὰρ ἄν τις ἀνθρώπου προκρίνειεν, ἵνα τοῦτο ἐν τῇ τῆς γῆς βαλόντες διαστάσει, αὐτὴν συναγάγοιμεν; οὐκ ἔστιν οὐδὲν ζῶον θνητὸν οὐδ' ἄμεινον, οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπου. εἰ γάρ τι δεῖ καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ' ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων; οὔτε θεὸς ἄλλο τι, ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος, κἀντεῦθεν ἀθάνατος. καὶ οὐ πόρρω τῆς θείας δυνάμεως ἀπηρτήμεθα· ταῦτα ἐγὼ μὲν οὕτω φρονῶ, ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμᾶς τῇ γνώμῃ προσθέσθαι ταύτῃ· καὶ μή τις οἰηθείη, ὅτι κλῆρον ποιήσωμαι, ἢ κόρην κελεύσω θανεῖν, ἢ μειράκιον· αὐτὸς γὰρ ἐγὼ ἑκὼν ἐμαυτὸν ὑμῖν ἐπιδίδωμι, ἵνα σήμερον αὐτίκα κήρυκα πέμψητέ με καὶ πρεσβευτὴν τοῖς χθονίοις θεοῖς, ἐσόμενον ἀεὶ ὑμῶν προστάτην καὶ σύμμαχον. ταῦτα εἰπὼν ὁ κούρτιος, τὰ ὅπλα ἐνεδιδύσκετο, εἶτα καὶ τοῦ ἵππου ἐπέβη. οἱ δ' ἄλλοι περιαλγεῖς ἐγίνοντο, καὶ περιχαρεῖς, καὶ κοσμήματά τινα συμφορήσαντες, οἱ μὲν αὐτὸν ἐκεῖνον αὐτοῖς ἐκόσμουν ὡς ἥρωα, οἱ δὲ τινὰ καὶ ἐς τὸ χάσμα ἐνέβαλλον· ἄρτι δ' ἐς αὐτὸ ἐνήλατο ὁ κούρτιος ἔφιππος, καὶ ἡ τῆς γῆς συνεχύθη διάστασις, καὶ οὐδεὶς οὐκέτι οὔτε τὸ χάσμα, οὔτε τὸν κούρτιον ἐθεάσατο. ταῦθ' οὕτω τοῖς ῥωμαίοις ἱστόρηται· εἰ δέ τῳ μυθώδη κριθεῖεν, καὶ μὴ πιστὰ, ἔξεστιν οἱ μὴ προσέχειν αὐτοῖς. τοῖς ῥωμαίοις δὲ πόλεμοι αὖθις καὶ παρὰ γαλατῶν, καὶ ὑφ' ἑτέρων ἐθνῶν ἐπηνέχθησαν, ἀλλ' ἀπεκρούσαντο πάντας τῇ μὲν ὑπάτους, τῇ δὲ δικτάτορας ψηφιζόμενοι. ὅτε καί τι τοιοῦτον συμβέβηκε· δικτάτωρ ἐλέχθη λούκιος κάμιλλος, γαλατῶν κατατρεχόντων τὰ ὑπὸ ῥώμην. ὃς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ὁρμήσας, γνώμην εἶχε τρίβειν τὸν καιρὸν, καὶ μὴ διακινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονοίᾳ χρωμένους. ῥᾷον γὰρ αὐτοὺς καὶ ἀσφαλέστερον ἀπορίᾳ τροφῶν ἐκτρυχώσειν ἤλπισε. γαλάτης δέ τις εἰς μονομαχίαν τινὰ τῶν ῥωμαίων προεκαλεῖτο, καὶ ἀντέστη αὐτῷ οὐαλλέριος μάρκος χιλιαρχῶν, ὁ τοῦ μαξίμου ἐκείνου ἔγγονος. καὶ

M. Curtius ſe dijs manibus deuouet.

eſt mortuus, cuius obitus plurimum triſticiæ Romanis attulit. Pòſt huiuſmodi malum Romanos inuaſiſſe fertur, ut ea planicies, quæ intra palatium & Capitolium eſt, ſubito hiatu, neq; terræ motu, neq; alia re, unde talia naturà oriuntur, antegreſſa, diſceſſerit, ac ita permanſerit diu. Qui cum neq; coiret ullo modo, neq; expleretur: quamuis Romanis multum & terræ, & ſaxorum, & alterius materiæ omnis generis eò congerentibus: oraculum conſultum reſpondit, uoraginem illam nō expleri poſſe, priuſquam res optima, quaq; plurimū Romani poſſent, in eam cōijceretur. Sic enim & ſpecum illum deſiturum, & urbis imperium nunquam euerſum iri. Hoc reſponſo non explicata eſt difficultas, propter obſcuritatē. Verùm Marcus Curtius, uir patricius, ætate integra, forma pulcherrima, uiribus maximis, animo fortiſsimo, prudētia ornatiſsimus, oraculo intellecto, pro concione dixit: Quid obſcuritatem oraculi, Quirites, aut tarditatem ingeniorum noſtrorū accuſamus? Nos id ſumus quod quæritur, omnesq; ſuſpenſos tenet. Neque enim inanima præferenda ſunt animatis: neque ea quæ mente & intelligentia prædita ſunt, & ſermone ornata, brutis, rationis & prudentiæ expertibus poſtponenda. Nam quid homini anteponans, quo iniecto hiatum illum cōtrahamus? Nō eſt ullū mortale animantis genus homine præſtantius, aut fortius. Quòd ſi audacius loquendum ſit, quid eſt homo, niſi Deus corpore mortali circumſeptus? aut quid Deus eſt, niſi homo omnis èx materia concretionis expers, atq; immortalis? Neq; nos longe à diuina potentia abſumus. Hæc mihi perſuaſa ſunt, quæ uobis etiam perſuaſa eſſe uelim. Neque uerò quiſquam exiſtimet, me ſortem ducturū, aut uirginem, puerum' ue immolari iuſſurum. Nam ego ipſe me pro uobis deuoueo, ut me hodie ſtatim caduceatorē & oratorem ad Deos manes ablegetis, ſemper patronum ueſtrum & adiutorem futurum. His dictis, arma induit, equum conſcendit. Cæteri inter lætitiam & mœrorem ambigui, ornamenta quędam partim ad eum ipſum pro heroe excolendum, partim quæ in hiatum conijcerentur, attulerunt. Qui cum primùm equo inſidens, ſe in ſpecum immiſit, hiatu illo expleto, neq; uoraginem, neq; Curtium quiſquam uidit. Hæc ita narrantur à Romanis: quæ ſi cui fabuloſa, & à fide ueri aliena uidebuntur, nō poſtulo ut multū eis tribuat. Deinde Romanis alia bella & à Gallis & ab alijs gentibus ſunt illata, ſed propulſata omnia, uel à Coſs. uel dictatoribus.

L. Camillus, Gallos profligat.

quo tēpore huiuſmodi quiddā accidit. Lucius Camillus Dictator dictus, cū Galli ſuburbanū agrū incurſarent, educto exercitu in animo habuit ducere bellū, neq; decertare cum hominibus, temerè in perniciem ſuā ruentibus, quos facilius & tutius penuria commeatus domiturus eſſet. Gallo aūt cuidā ex Romanis aliquē ad ſingulare certamē, ꝓuocanti, reſtitit M. Valerius tribunus militū, ex Maximi illius poſteritate.

M. Valerius Coruinus.

Certamen illuſtre fuit. Nã alter prudentia & arte ſuperior erat, Gallus audacia & uiribus: ſed illud mirabilius, q̃ in Valerij galea coruus crocitans cõſedit, in hoſtem uerſus, cuius os oculosq́ roſtro & unguibus appetere, illiusq́ impetum retardare non deſtitit, donec obtruncaretur. Galli ſe ab alite uictos indignati, ſtatim Romanos iracundè inuaſerunt: ſed malè tractati receſſerũt. Valerius ab illo corui auxilio, Coruinus eſt appellatus.

Cõditiones ſedatæ ſeditionis.

Deinde orta inter exercitus diſſenſione, ac bello ciuili imminente, ſeditio cõpreſſa eſt: cum hæ leges eſſent latæ, ut neq; inuitus quiſquã ex albo militũ deleretur, neq; tribunus centurio fieret: ut conſulẽ utrũq; ex plebe creari liceret: ut idem binos eodẽ tẽpore magiſtratus nõ gereret, nec eundẽ bis intra x annos.

Latinum bellum.

Poſt hęc Latini ſocij, quia pube cõtinentibus expeditionib. egregiè exercitata abundabant, elati animis defecerunt, & Romanis bellũ intulerũt. Quibus Torquatus tertiũ & Decius lecti Coſs. obuiam profecti ſunt, & atrox prœliũ cõmiſſum: utraq; acie exiſtimante, eo ſe die & uirtutis & fortunæ ſuæ illuſtre ſpecimẽ editurã. Ea pugna euentu quodam facta eſt celebrior.

T. Mãlius Torquatus filiũ uictorem ſecuri ferit.

Cũ enim Latinos eodem armorũ genere, eademq́ lingua, qua Romanos, Conſules uti uiderent: ueriti ne qui militũ diſcrimine hoſtiũ & ſuorũ nõ facilè obſeruato, errarent: præter alia diligenter obſeruanda, illud etiã edixerunt, ne quis extra ordinẽ in hoſtẽ pugnaret. Ei edicto cæteri paruerunt. Sed Torquati filius, q inter equites militabat, ad explorandos conatus hoſtiũ miſſus, id non tam ex contumacia q̃ ambitione neglexit. Nã Latinorũ equitũ magiſter eum accedentẽ conſpicatus, ad ſingulare certamẽ ꝓuocauit. idq́ illo ꝓpter patris edictũ detrectãte, dixit: Nõ tu Torquati filius es? nõ torque parentis gloriaris? An cõtra Gallos homines perditos tantũ uiri fortes eſtis, nos uerò Latinos formidatis? Cur ergo nobis imperitare uultis? cur ut deteriorib. præſcribitis? Mãlius uerò præ iracũdia uix mentis cõpos, & paterni edicti ultrò oblitus, hoſtẽ uincit, detractaq́ ſpolia magno animo parẽti affert. Is cõuocato exercitu: Fortiter ſanè, inqt, fili dimicaſti, eaq́ de cauſa te corona donabo: ſed qa neq; imperiũ cõſulare, neq; maieſtatẽ patriã ueritus es, ea moderatione aduerſus te utar, ut & uirtutis fructũ percipias, & cõtumacię pœnas des. Hęc dicens, ſimul & coronam capiti eius impoſuit, & caput amputauit.

P. Decius ſe pro ſalute Reip. deuouet.

Deinde eadẽ nocte uterq; cõſul in ſomnis uocẽ audire ſibi uiſus eſt, dicentẽ ſuperiores fore hoſtibus, ſi alter Coſs. ſe deuoueret. Cũ diluxiſſet, uterq; alteri ſomniũ narrat: diuinũ id eſſe, ideoq́ obtẽperandũ cõſentiũt. De eo tantũ cõtrouerſia eſt, nõ uter maneat incolumis, ſed uter ſe deuoueat. Cauſa apud exercitus principes diſceptata, tandem conuenit: alterũ in dextro, alterũ in ſiniſtro cornu ſtatuẽdum eſſe, & utrum prius inclinarit, eius duci oppetendam eſſe mortem. tantaq́ fuit eius decoris cupiditas,

καὶ λαμπρὰ μὲν ἡ μάχη περιῆν ἀμφοῖν· ὁ μὲν γὰρ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ πολυτεχνίᾳ περιέφερεν, ὁ δὲ γαλάτης τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ τόλμῃ· ὃ δὲ πλέον δ' ἐθαυμάσθη, ὅτι τῷ οὐαλλερίου κράνει κόραξ ἐφιπτάμενος, καὶ κρώζων, εἰς τὸν βάρβαρον ἐνεχρίμπτετο, καὶ τήν τε ὄψιν αὐτοῦ ἐπετάρασσε, καὶ τὴν ὁρμὴν ἐνεπόδιζε, μέχρις οὗ κατειργάσθη· διὸ ἀγανακτήσαντες οἱ γαλάται, ὡς ὑπὸ ὄρνιθος ἠλαττωμένοι, θυμῷ αὐτίκα συνέμιξαν τοῖς ῥωμαίοις, καὶ κακῶς ἀπηλλάγησαν· ὁ δὲ οὐαλλέριος ἐκ τῆς τοῦ κόρακος συμμαχίας, κορουῖνος ἐπωνομάσθη. ἔπειτα δὲ τῶν στρατευμάτων στασιασάντων, καὶ ἐμφυλίου πολέμου γενέσθαι μέλλοντος, κατηλλάγησαν οἱ στασιάσαντες, νόμου τεθέντος, μήτ' ἄκοντά τινα τοῦ καταλόγου ἀπαλείφεσθαι, μήτε τὸν χιλιαρχήσαντα ἑκατονταρχεῖν, καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ ἀμφοτέρους ἐξὸν εἶναι καὶ ἐκ τοῦ πλήθους καθίστασθαι, καὶ τὸν αὐτὸν μήτε δύο ἅμα ἀρχὰς, μήτε τὴν αὐτὴν δὶς ἐντὸς δέκα ἄρχειν ἐτῶν. λατῖνοι δὲ καίπερ ἔνσπονδοι τοῖς ῥωμαίοις ὄντες, ἀπέστησαν, καὶ πόλεμον ἤραντο, ἐν φρονήματι γεγονότες ὅτι τῇ νεότητι ἤκμαζον, καὶ τὰ πολεμικὰ ἐκ τοῦ ἀεὶ σὺν αὐτοῖς στρατείας ἀκριβῶς ἤσκηντο. οἱ δὲ τοῦτο γνόντες ἐξῆλθον, ὕπατον τόν τε τορκουᾶτον τὸ τρίτον ἑλόμενοι, καὶ τὸν δέκιον, καὶ ἐμαχέσαντο αὐτοῖς καρτερὰν μάχην, κρείσσω τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἑκάτεροι νομίζοντες ἀκριβῆ τῆς σφετέρας τύχης τε καὶ τῆς ἀρετῆς. ἔδοξε δὲ περιφανεστέρα ἡ μάχη καὶ διά τι συμβεβηκός. τοὺς γὰρ λατίνους οἱ ὕπατοι καὶ ὁμοσκεύους καὶ ὁμοφώνους τοῖς ῥωμαίοις ὁρῶντες, ἐφοβήθησαν μὴ τῶν στρατιωτῶν τινὲς σφαλῶσι, τό, τε οἰκεῖον καὶ τὸ πολέμιον μὴ ῥᾷστα διαγινώσκοντες. καὶ διὰ τοῦτο προεῖπον σφίσι, τά, τε ἄλλα παρατηρεῖν ἀκριβῶς, καὶ καθ' ἑαυτὸν μηδένα μηδενὶ τῶν ἐναντίων συμβαλεῖν. τοῦτο δὲ τὸ παράγγελμα οἱ μὲν ἐτήρησαν. ὁ δὲ τοῦ τορκουάτου παῖς, στρατευόμενος ἐν τοῖς ἱππεῦσι, καὶ πεμφθεὶς πρὸς κατασκοπὴν τῶν ἐναντίων, παρῆλθεν οὐκ αὐθαδείᾳ, ἀλλὰ μέντοι φιλοτιμίᾳ. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἵππαρχος τῶν λατίνων, ἰδὼν αὐτὸν προσιόντα, πρὸς μονομαχίαν προεκαλέσατο. καὶ μὴ δεξάμενον ταύτην διὰ τὴν πρόρρησιν, περιύβριζεν ἀπών· οὐ σὺ μέντοι τορκουάτου υἱὸς εἶ; οὐ σεμνύνῃ περὶ στρεπτῷ τοῦ πατρός; ἢ πρὸς μὲν γαλάτας ἀνθρώπους φθόρους ἔρρωσθε καὶ ἀνδρίζεσθε, τοὺς δὲ λατίνους ἡμᾶς φοβεῖσθε; τί οὖν ἄρχειν ἡμῶν ἀξιοῦτε; τί δ' ὡς χείροσιν ὑμῶν ἐπιτάσσετε; ὁ δὲ ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ τοῦ παραγγέλματος ἑκὼν ἐπελάθετο, καὶ μονομαχήσας ἐνίκησε, καὶ τὰ σκῦλα μεγαλοφρονῶν ἐκόμισε τῷ πατρί. καὶ ὃς ἀθροίσας τὸ στράτευμα· γενναίως μὲν, ἔφη, ὦ παῖ, ἐμαχέσω, καὶ διὰ τοῦτό σε στεφανώσω· ὅτι δὲ τὸ προσταχθὲν οὐ παρετήρησας, καίτοι, καὶ ὡς υἱὸς πειθαρχεῖν, καὶ ὡς στρατιώτης ἀναγκαζόμενος, διὰ τοῦτό σε δικαιώσω, ἵνα καὶ τὸ τῆς ἀριστείας ἆθλον, καὶ τὸ τῆς ἀνηκουστίας τίμημα λάβῃς· ταῦτ' εἰπὼν, ἅμα τόν τε στέφανον τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἐπέθετο, καὶ αὐτὴν ἐκείνην ἀπέτεμε. εἶτα ὄναρ ἀμφοῖν τοῖς ὑπάτοις ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ ὁμοίως φανὲν ἔδοξε λέγειν, τῶν ἐναντίων κρατήσειν, ἂν ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων ἑαυτὸν ἐπιδῷ. μεθ' ἡμέραν οὖν ἀλλήλοις τὸ ὄναρ διηγησάμενοι, συνέθεντο θεῖον εἶναι, καὶ πεισθῆναι δεῖν αὐτῷ ὡμολόγησαν. ἀμφισβήτησαν δὲ πρὸς ἀλλήλους, οὐχ' ὃς ἂν σωθείη, ἀλλ' ὃς ἂν μᾶλλον ἑαυτὸν ἐπιδῷ. καὶ παρὰ τοῖς πρώτοις τοῦ στρατοπέδου ἐδικαιολογήσαντο. καὶ τέλος ἤρεσε σφίσι, τὸν μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως, τὸν δὲ ἐπὶ τοῦ λαιοῦ παρατάξασθαι, καὶ ὁπότερον ἂν ἐκείνων ἐλαττωθῇ, τὸν ἐπ' αὐτῷ τεταγμένον ἀποθανεῖν. τοσαύτη δ' ἦν φιλοτιμία

τιμίαν αὐτοῖς πολὺ τῆς ἐπιδόσεως, ὡς εὔχεσθαι ἑκάτερον τῶν ὑπάτων ἐπιδοῦναι, ἵνα τύχῃ τῶν ἐπιδόσεως, καὶ τῆς εὐκλείας τῆς ἐξ αὐτῆς. συμβαλόντων δὲ τοῖς Λατίνοις, μέχρι μὲν πολλοῦ ἰσοπαλῶς ἠγωνίσαντο· εἶτα τὸ κατὰ τὸν Δέκιον κέρας μικρόν τι τοῖς Λατίνοις ὑπεχώρησεν. ὁ γοῦν Δέκιος, ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, καὶ τὰ ὅπλα ἐκδύς, τὴν ἐσθῆτα ἐνέδυ τὴν περιπόρφυρον. καὶ οἱ μὲν οὕτω φασὶν ἐφ' ἵππον ἀναπηδῆσαι αὐτὸν, καὶ ἐσελάσαι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀναιρεθῆναι· οἱ δὲ, ὑπὸ συστρατιώτου πολιτικοῦ σφαγιασθῆναι. τοῦ δὲ τελευτήσαντος τοῦ Δεκίου, τοῖς Ῥωμαίοις ἡ νίκη καθαρὸς συνηνέχθη, καὶ οἱ Λατῖνοι πάντες ἐτράπησαν, οὐ πάντως δὲ διὰ τὸν θάνατον τοῦ Δεκίου. πῶς γὰρ ἄν τις πιστεύσειε, διὰ φόνον ἀνδρὸς τοιοῦδε τελευτῆς τοσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων τὸ μὲν φθαρῆναι, τὸ δὲ σωθῆναι καὶ νικῆσαι περιφανῶς; οἱ μὲν οὖν Λατῖνοι οὕτως ἡττῶντο. ὁ δὲ Τορκουᾶτος καὶ τὸν υἱὸν ἀποκτείνας, καὶ τοῦ συνάρχοντος τεθνηκότος, ἑώρτασεν ὅμως τὰ ἐπινίκια. εἶτ' αὖθις αὐτούς τε τοὺς Λατίνους ἐπαναστάντας κατεπολέμησαν, καὶ ἕτερα ἔθνη μάχαις ὑπέταξαν, ποτὲ μὲν ὑπάτοις χρώμενοι, ποτὲ δὲ δικτάτορσιν, ὧν εἷς ἦν καὶ Λούκιος Παπίριος, ὁ καὶ Κούρσωρ ὀνομαζόμενος διά τε τὴν ἕξιν (ἦν γὰρ δρομικώτατος) καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν τὴν τοῦ δρόμου. μετὰ δὲ τοῦτο δικτάτωρ ὁ Παπίριος ἐπὶ τοὺς Σαυνίτας ἐξεπέμφθη, μετὰ Φαβίου Ῥούλλου ἱππάρχου, καὶ ἡττήσας αὐτοὺς, ἠνάγκασεν ἐπὶ συνθήκαις συμβῆναι, αἷς ἐκεῖνος ἐβούλετο. ἀποθεμένου δὲ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ, ἐπανέστησαν αὖθις. ὑπὸ δὲ Κορνηλίου Αὔλου δικτάτορος καὶ πάλιν πολεμηθέντες καὶ ἡττηθέντες, διεκηρυκεύσαντο πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ, τοὺς αἰχμαλώτους τε ὅσους εἶχον πέμψαντες αὐτοῖς, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου Ῥουτύλῳ ἀνδρὶ δυνατῷ παρ' αὐτοῖς ἐπιγράφοντες, οὗ τὰ ὀστᾶ ἐπεὶ φθάσας ἐκεῖνος διεχειρίσατο ἑαυτὸν, διέρριψαν. οὐ μέντοι καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης ὡς ἄπιστοι, ἀλλ' ἄσπονδον σφίσιν ἐψηφίσαντο τὸν πόλεμον, καίτοι τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες. ὑπεραυχήσαντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ αὐτοβοεὶ πάντας αὐτοὺς αἱρήσειν ἐλπίσαντες, δεινῷ πταίσματι περιέπεσον· ὑπερδείσαντες γὰρ οἱ Σαυνῖται, καὶ ἐν συμφορᾷ ποιούμενοι τὸ μὴ σπείσασθαι, καὶ ὡς ἀπεγνωσμένοι μαχόμενοι, καὶ λοχήσαντες ἐν τινι χώρᾳ κοιλοτάτῃ καὶ στενῇ, τό, τε στρατόπεδον εἷλον, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐζώγρησαν πανσυδί, καὶ πάντας ὑπήγαγον ὑπὸ τὸν ζυγόν. τί δ' ἦν τὸ τοῦ ζυγοῦ, ἤδη μοι ἄνωθί που ἱστόρηται. οὐδένα μέντοι ἀπέκτειναν, ἀλλὰ τά τε ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἶχον, πλὴν ἑνὸς ἱματίου, ἀφελόντες, γυμνοὺς σφᾶς ἀφῆκαν ἐπὶ συνθήκαις, τοῦ τε τῆς χώρας αὐτῶν ἐκλιπεῖν, καὶ συμμάχους σφίσιν ἐκ τῶν ἴσων εἶναι. ἵνα δὲ τὰ τῆς ὁμολογίας καὶ παρὰ τῆς γερουσίας βεβαιωθῇ, τῶν ἱππέων ἑξακοσίους ὡς ὁμήρους κατέσχον. οἱ δ' ὕπατοι Σπούριός τε Ποστούμιος καὶ Τιβέριος Καλουΐνος μετὰ τῆς στρατιᾶς εὐθὺς ἀνεχώρησαν, καὶ νυκτὸς αὐτοί τε καὶ τῶν ἄλλων οἱ ἀξιολογώτατοι εἰς τὴν Ῥώμην εἰσῆλθον, οἱ δὲ λοιποὶ στρατιῶται κατὰ τοὺς ἀγροὺς διεσκεδάσθησαν. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει τὰ πεπραγμένα μαθόντες, οὔτε ἡσθῆναι τῇ τῶν στρατιωτῶν σωτηρίᾳ, οὔτ' ἀχθεσθῆναι ἠδύναντο. πρὸς μὲν γὰρ τὸ δεινὸν ὑπερήλγουν, καὶ ὅτι παρὰ τῶν Σαυνιτῶν τοιαῦτα πεπόνθασι, μεῖζον σφίσι τὸ ἄλγος ἐγίνετο. λογιζόμενοι δὲ, ὡς εἰ πάντας ἀπολέσθαι συνέβη, καὶ περὶ πάντων ἂν ἐκινδύνευσαν, ἐπὶ τῇ σφῶν ἥδοντο σωτηρίᾳ· ἀποκρύπτοντες δὲ τέως τὸ ἥδεσθαι, πένθος ἐπεποιήκεσαν, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ καθεστηκότι τρόπῳ ἔπραξαν, οὔτ' αὐτίκα, οὔθ' ὕστερον, ἕως ἀντεπεκράτησαν· τοὺς δ' ὑπάτους μὲν παραυτίκα ἔπαυσαν, ἑτέρους δ' αἱρησάμενοι

βουλὴ

tas, ut uterque ſe ſuccumbere optaret, ut & deuotionis & gloriæ conſecuturæ compos redderetur. Exercitibus congreſsis, pugna diu anceps fuit. Deinde cornu Decij Latinis nonnihil ceſsit. quo ille cognito, ſe deuouit, atque armis poſitis togam prætextam induit. itaq; eum nonnulli in equum inſiluiſſe, ac in medios hoſtes inuectum occubuiſse: alij à commilitone immolatum eſſe ferunt. Decio defuncto, uictoriam Romani haud dubiam ſunt adepti, Latinis omnibus in fugam uerſis, non utique ob Decij mortem. Quis enim credat tali unius uiri interitu, tantam multitudinem hinc cæſam, illinc cõſeruatã, & illuſtri potitam eſſe uictoria? Latinis ita ſuperatis, Torquatus quamuis & filio occiſo, & collega mortuo, tamen triumphum duxit. Deinde populus Romanus Latinos rebellantes deuicit, & alias gentes nunc per Cõſules, nunc per Dictatores armis ſubegit: quorum è numero fuit L. Papyrius, Curſoris cognomentum à celeritate pedum, currendiq; ſtudio adeptus. Qui dictator cum Fabio Ruſo equitum magiſtro cõtra Samnites miſſus, eos deuictos in ſua uerba pacem facere coegit. *Samniticũ bellum.* Sed cum magiſtratu abijſſet, rurſus illi ſe commouerũt: & ab Aulo Cornelio dictatore rurſus debellati, legatos de pace Romam miſerunt, captiuis quos habebant omnibus redditis, cauſaq; belli in Rutulum uirum apud ſe potentem tranſlata: cuius oſſa, quoniam ſibi cõſciſcere necem maturarat, diſiecerũt. Eis Romani, ut fœdifragis, pacem nõ dederunt: ſed, quanquam captiuis receptis, bellum irreconciliabile indixerunt. ac dum elati ſucceſsibus, ſe illos omnes primo impetu capturos ſperant, in magnam cladem inciderunt. Nam Samnites perterriti & anxij ob negatam pacem, ex deſperatione in pugnam ruebant: & collocatis in anguſta ualle inſidijs, caſtra ceperunt, totumq; Romanum exercitũ ſub iugum miſerunt. *Furculæ Caudinæ.* quæ res cuiuſmodi fuerit, ſuprà expoſuimus: neminem tamẽ occiderunt, ſed armis, equis, cæteriſq; omnibus, una ueſte duntaxat relicta, ademptis dimiſere nudos, ea conditione, ut agro illorum excederent, & æquo iure ſocietatem colerent. Quæ pacta, ut etiam Senatus autoritate rata eſſent, DC equites obſides retinuerunt. Coſs. uerò Sp. Poſthumius & Tiberius Caluinus cum exercitu ſtatim receſſerunt: noctuq; & ipſi, & præcipui è cæteris Romam ſunt ingreſsi, reliqui in agris diſperſi. Qui in urbe erant, clade cognita, neque militum ſalute delectati ſunt, neque dolere potuerunt. Nam ut aduerſum caſum dolentiſsimè tulerunt, præſertim à Samnitibus illatum: ſic, cum reputarent, ſi omnes perijſſent, ſe in extremo diſcrimine futuros, ſalute illorum ſunt gauiſi. Sed gaudio interim diſsimulato, nihil more ſolito adminiſtrarunt, nec in præſentia, neque poſt, donec uictoriam recuperarunt. Conſulibus magiſtratus ſtatim abrogatus eſt: alijſq; lectis,

deliberatū de pactis reſcindendis. Quod quia fieri nō poterat, niſi crimine in autores illorū tranſlato: inuiti faciebant, ut Coſs. & cæteros magiſtratus qui cum ijs fuerāt, cōdemnarent: nec᷑ cōmittendum putabāt, ut ijs abſolutis, crimen uiolati fœderis in ſemetipſos redundare paterent. Re igitur cum ipſis Coſs. cōmunicata, primùm Poſthumiū ſententiam dicere iuſſerunt, ut ipſe contra ſeſe pronunciaret, ex uerecundia, ne omnes dedecoris implerent. Is in medium progreſſus, negauit probanda eſſe à ſenatu populoq́ue, quæ ne ipſi quidem ſua ſponte, ſed ab hoſtibus, nō uirtute, ſed dolo atq́ue inſidijs coacti, egiſſent. Qui igitur dolum priores uſurparint, ij ſi dolo uiciſsim circumuenti fuerint, non habere quod querantur. Hæc & huius generis plura cum dixiſſet, à ſenatu animi dubio quid agendū eſſet: cum Poſthumius & Caluinus omnem culpā in ſemetipſos tranſtuliſſent, decretū eſt, pactis reſciſsis illos dedendos eſſe. Conſules igitur ambo, cæteriq́ue magiſtratus qui pacificationi ad fuerant, Samnium abducti ſunt. Samnites aūt captiuos omnes repetentes, Deos teſtati, dediticios reiecerunt. Quibus Romani cupidè receptis, iracundè cum Samnitibus pugnarūt, adeptiq́ue uictoriam eodem planè modo eos tractarunt: itidemq́ue ſub iugum miſſos, nulla alia illata iniuria dimiſerunt, receptis abſq́ue noxa equitibus ſuis, quos illi pacis obſides retinuerāt. Plurib. annis pòſt, Romani iterum cum Samnitibus

C. Iunij cædes.

Caio Iunio duce congreſsi, cladem acceperūt. Nā cum is agros eorum uaſtaret, Samnitæ res ſuas in ſyluas altiſsimas & dēſiſsimas, quò nec aues aduolare dicuntur, contulerunt, atq́ue inde gregibus ſine paſtoribus & præſidijs emiſsis, & transfugis ſubornatis, hoſtes tanquā ad paratam prædam pellexerūt. Sed cum in ſyluam penetraſſent, non prius eos circumuentos cædere deſtiterunt, quàm planè uiribus deſtituti eſſent. Sed & aliàs ſæpe Samnites à Romanis uicti, non quieuerunt: ſed cùm alijs, tum Gallis ſocijs aſcitis, ita ſe parabant, quaſi ipſam urbem oppugnaturi eſſent. Quo Romani cognito territi ſunt, etiam prodigijs multis admoniti.

Prodigia.

Nam ex Iouis Capitolini ara tribus diebus, uno ſanguis, altero mel, tertio lac emanaſſe fertur, ſi hæc credere fas eſt: & in foro Victoriæ ſimulacrum æreum, in ſolo marmoreo poſitum, repertum eſt ultro humi ſtans, uultu eò conuerſo, unde Galli aduentabant. Quæ cum per ſe terrerent populum, terror is ab aruſpicibus dira canentibus augebatur. Sed

Manius Tyrrhenus augur.

Manius quidam Tyrrhenus genere, eos confirmauit. Nam etſi, inquit, Victoria deſcendit, tamen cum progreſſa ſit, & firmius in terra defixa, uictoriam denunciat. Quòd autem ſanguis ex ara Iouis Capitolini emanarit, indicio eſſe, multas uictimas dijs immortalibus immolatum iri. Aras enim, præſertim Capitolinas, in quibus triumphantes ſacrificare ſoleant, rebus ſecundis potius, quàm aduer-

ſis

βουλὴν ἐποιήσαντο, καὶ ἐδόκει μὲν σφίσι μὴ ἐμπεδοῦν τὴν σύμβασιν. ἐπεὶ δὲ ἀδύνατον ἦν τοῦτο δρᾶσαι, μὴ οὐχὶ πρὸς τοὺς πράξαντας αὐτὴν τρέψαντας τὴν αἰτίαν, ὤκνουν μὲν τῶν ὑπάτων καταψηφίσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οἳ μετ' αὐτῶν ὡς ἀρχάς τινας ἄρχοντες τὰς σπονδὰς ἐποιήσαντο· ὤκνουν δὲ καὶ ἀφεῖναι, ἵνα μὴ ἐφ' ἑαυτοὺς τὸ παρασπόνδημα περιστήσωσιν. αὐτοῖς οὖν ἐκείνοις τοῖς ὑπάτοις ἐπεκοινώσαντο, καὶ πρώτῳ γε τῷ Ποσθουμίῳ τὴν ψῆφον ἐπήγαγον, ὅπως αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ἀποφήνηται, αἰσχύνῃ τοῦ μὴ πάντας ἀδοξίας ἀναπλῆσαι· ὁ δὲ παρελθὼν ἐς τὸ μέσον, ἔφη, μὴ δεῖν κυρωθῆναι τὰ ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένα παρά τε τῆς γερουσίας καὶ τοῦ δήμου. μηδὲ γὰρ αὐτοὺς ἑκουσίως πρᾶξαι αὐτά, ἀλλ' ἀνάγκῃ συνεχομένους, ἣν αὐτοῖς ἐπήγαγον οἱ πολέμιοι οὐκ ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ δόλου καὶ ἐξ ἐνέδρας. οἱ γὰρ ἀπατήσαντες εἰ ἀντηπατήθησαν, οὐκ ἂν δύναιντο δικαίως ἐγκαλεῖν τοῖς ἀντεξαπατήσασι· ταῦτά τε τοίνυν εἰπόντος καὶ τοιαῦτα πολλά, ἐν ἀμηχανίᾳ ἡ γερουσία ἐγένετο· τοῦ δὲ Ποσθουμίου καὶ τοῦ Καλουίνου εἰς ἑαυτοὺς τὴν αἰτίαν ἀναδεχομένων, ἐψηφίσθη, μή τι κυρωθῆναι τὰ ὡμολογημένα, ἐκείνους τε ἐκδοθῆναι. ἀπήχθησαν οὖν καὶ ἄμφω οἱ ὕπατοι, καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες, οἱ τοὺς ὅρκους συνομόσαντες, ὡς τὸ Σάμνιον· οὐ μέντοι αὐτοὺς οἱ Σαμνῖται ἐδέξαντο, ἀλλὰ τοὺς ἁλόντας ἀπῄτουν ἅπαντες, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπεβοῶντο καὶ ἐπεθείαζον, καὶ τέλος τοὺς ἐκδοθέντας αὐτοὶ ἀπέπεμψαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐκείνους μὲν ἀσμένως ἀπέλαβον, τοῖς δὲ Σαμνίταις αὖθις τὴν μάχην ἐπήγαγον. καὶ κρατήσαντες, τὰ ὅμοια σφίσιν ἐποίησαν, καὶ ὑπὸ τὸν ζυγὸν αὐτοὺς ὑπήγαγον, καὶ ἀφῆκαν, μηδὲν ἄλλο κακὸν δράσαντες. καὶ τοὺς σφετέρους ἱππεῖς, οὓς ὡς ὁμήρους κατεῖχον οἱ Σαμνῖται, ἀπαθεῖς ἐκομίσαντο. μετὰ δὲ χρόνους πλείονας αὖθις τοῖς Σαμνίταις πολεμοῦντες οἱ Ῥωμαῖοι, Γαΐου Ἰουνίου ἡγουμένου αὐτῶν, συμφορᾷ περιέπεσον. πορθοῦντος γὰρ τοῦ Ἰουνίου τὴν χώραν αὐτῶν, εἰς τὰς ὕλας τὰς ἀόρνους, τὰ προσόντα οἱ Σαμνῖται ἀνεκομίσαντο, οὕτω καλουμένας ὑπὸ τοῦ μηδ' ὄρνις εἰσπέτεσθαι εἰς αὐτὰς τῇ τῶν δένδρων πυκνότητι. ἐκεῖ δὲ ὄντων, ποίμνια τινὰ ποιμένων ἢ φρουρῶν ἄνευ προκαθιέντων, καὶ ψευδαυτομόλους ὑποπεμπόντων, ὡς ἐφ' ἑτοίμην λείαν αὐτοὺς ὑπηγάγοντο. εἴσω δὲ γενομένους τῆς ὕλης, περιέσχον τε σφᾶς, καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο κτείνοντες, πρὶν τέλεον ἐκκαμεῖν. καὶ ἄλλοτε δὲ πολλάκις τοῖς Ῥωμαίοις πολεμήσαντες οἱ Σαμνῖται, καὶ ἡττηθέντες, οὐκ ἐφησύχασαν, ἀλλὰ καὶ συμμάχους ἄλλους τε προσλαβόμενοι, καὶ Γαλάτας, ὡς καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην αὐτὴν ἐλάσοντες ἡτοιμάζοντο. ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μαθόντες, ἐν δέει κατέστησαν, καὶ σημείων πολλῶν αὐτοῖς γενομένων ἐς τοῦτο· ἐν γὰρ τῷ Καπιτωλίῳ ἐκ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τρισὶν ἡμέραις μιᾷ μὲν αἷμα, μιᾷ δὲ μέλι, καὶ ἐν ἑτέρᾳ γάλα βρυῆναι λέγεται, εἴ τῳ ταῦτα πιστά. καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ Νίκης τι ἄγαλμα χάλκεον ἱδρυμένον ἐπὶ βάθρου λιθίνου, αὐτομάτως εὑρέθη κάτω ἑστὼς ἐπὶ γῆς. ἐτύγχανε δὲ ἐκεῖ ἀποβλέπον, ὅθεν οἱ Γαλάται ἤδη ἐπῄεσαν. τοῦτό τ' οὖν καὶ ἄλλως ἐξεφόβει τὸν δῆμον, πλέον δ' ὑπὸ τῶν μάντεων κινούμενα ἐπαίσια. μάντις δέ τις Τυρσηνὸς τὸ γένος, ἐθάρσυνεν αὐτούς, εἰπών, τήν τε νίκην, εἰ καὶ κατέβη, ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθεν προσχωρήσασαν, καὶ βεβαιότερον ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυθεῖσαν, τὸ κράτος σφίσι προδηλοῦν τοῦ πολέμου, καὶ ὅτι καὶ θυσίας πολλὰς γενήσεσθαι τοῖς θεοῖς. τοὺς δὲ βωμούς, καὶ μάλιστα τὸν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ἐν ᾧ τὰ νικητήρια θύουσιν, ἐν ταῖς εὐπραγίαις αὐτῶν, ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς συμ-

φορᾶις

φοραῖς κατ' ἔθος αἱμαχθῆναι. ἐκ μὲν οὖν τούτων ἀγαθόν τι σφᾶς ἔσεσθαι προσδοκᾶν· ἐκ δὲ τοῦ μέλιτος νόσον, ὅτι αὐτοῦ οἱ κάμνοντες δέονται· καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος λιμόν. εἰς γὰρ τοσαύτην σιτοδείαν ἀφίξεσθαι, ὥστε καὶ τὴν αὐτόφυτον, τήν τε αὐτόνομον ζητῆσαι τροφήν. ὁ μὲν οὖν μάνιος οὕτω τὰ τῶν σημείων ἡρμήνευσε· καὶ ὕστερον τῶν πραγμάτων δι' ὧν ὕστερον ἡ παρ' αὐτοῦ μαντεία ἐκβᾶσα, σοφίας ἐκομίσατο δόξαν, καὶ προγνώσεως. ὁ δὲ βολούμνιος τοῖς σαμνίταις πολεμεῖν ἐκελεύσθη, τοῖς δὲ γαλάταις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετ' αὐτῶν ἀντικατέστησαν. ὕπατοι αἱρεθέντες ἐπέμφθησαν, ὅ, τε ῥοῦλλος ὁ φάβιος ὁ μάξιμος, καὶ ὁ δέκιος ὁ πούπλιος· οἱ πρὸς τὴν τυρσηνίδα συναφικόμενοι, καὶ τὸ τοῦ ἀππίου στρατόπεδον ἰδόντες διπλῷ σταυρώματι κατωχυρωμένον, τοὺς σταυροὺς ἀνέσπασάν τε καὶ διεφόρησαν, ἐν τοῖς ὅπλοις ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας τοὺς στρατιώτας διδάσκοντες. προσέβαλον οὖν τοῖς πολεμίοις· καὶ τούτῳ λύκος ἔλαφον διώκων εἰς τὸ μεταίχμιον εἰσπεσών, αὐτὸς μὲν πρὸς τοὺς ῥωμαίους ὁρμήσας διεξῆλθε, καὶ αὐτοὺς ἐπεθάρσυνε, προσήκειν αὐτὸν νομίζοντας ἑαυτοῖς, ὡς λυκαίνης θρεψαμένης τὸν ῥωμύλον, καθάπερ ἱστόρηται. ἡ δ' ἔλαφος ἐς τοὺς ἐναντίους χωρήσασα, κατεκόπη, καὶ τόν τε φόβον αὐτοῖς, καὶ τὴν συντυχίαν τοῦ πάθους κατέλιπε. συμπεσόντων οὖν τῶν στρατευμάτων, ὁ μὲν μάξιμος ῥᾷον τοὺς κατ' αὐτὸν ἐνίκησεν, ἡττᾶτο δέ γε ὁ δέκιος. ἐνθυμηθεὶς δὲ τὴν ἐπίδοσιν τοῦ πατρός, ἣν διὰ τὸ ἐνύπνιον ἐποιήσατο, ἑαυτὸν ὁμοίως ἐπέδωκε μή τινι τῆς πράξεως κοινωσάμενος· αὐτίκα δὲ ἐσφάγη, καὶ οἱ συντεταγμένοι αὐτῷ τὸ μὲν ἐκείνου αἰδοῖ, ὡς δι' αὐτοὺς θανόντος ἐθελοντοῦ, τὸ δὲ καὶ ἐλπίσι τοῦ πάντως ἐκ τούτου κρατήσειν, τῆς τε φυγῆς ἐπέσχον, καὶ τοῖς διώκουσι σφᾶς γενναίως ἀντικατέστησαν. κἂν τούτῳ καὶ ὁ μάξιμος κατανοήσας τι αὐτοῖς προσέπεσε, καὶ παμπόλλους ἐφόνευσεν. οἱ δὲ περιλειφθέντες ἀποδιδράσκοντες διεφθάρησαν. μάξιμος δὲ φάβιος τὸν μὲν τοῦ δεκίου νεκρὸν κατέκαυσε σὺν τοῖς σκύλοις, τοῖς δὲ εἰρήνης δεηθεῖσι σπονδὰς ἐποιήσατο. τῷ δ' ἐξῆς ἔτει αὖθις τοῖς σαμνίταις ἐπολέμησεν ἀτίλιος ῥῆγουλος, καὶ μέχρι μέν τινος ἰσορρόπως ἐμάχοντο· εἶτα κρατησάντων τῶν σαμνιτῶν, αὖθις οἱ ῥωμαῖοι ἀντεκράτησαν. καὶ ἑλόντες αὐτούς, ὑπήγαγον ὑπὸ τὸν ζυγόν, καὶ οὕτως ἀφῆκαν. σαμνῖται δὲ ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἀγανακτήσαντες, πρὸς ἀπόνοιαν ὥρμησαν, ὡς ἢ κρατήσοντες, ἢ παντελῶς ἀπολούμενοι, θάνατον ἀπειλήσαντες τοῖς οἴκοι μενοῦσι· καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν καμπανίαν ἐνέβαλον, οἱ δὲ ὕπατοι ἔρημον ὂν στρατιωτῶν τὸ σάμνιον ἐπόρθουν, καὶ πόλεις εἷλόν τινας. ὅθεν οἱ σαμνῖται τὴν καμπανίαν λιπόντες, ἐς τὴν οἰκείαν ἀπεχώρησαν, καὶ τῷ ἑνὶ τῶν ὑπάτων συμμίξαντες, ἔκ τινος ἀπείρου στρατηγήματος, καὶ φεύγοντες δεινῶς ἔπταισαν, καὶ τὸ στρατόπεδον ἀπέβαλον, πρὸς δὲ καὶ τὸ πόλισμα ᾧ ἐπεβοήθουν. ὁ δὲ ὕπατος τά τε ἐπινίκια ἔπεμψε, καὶ τὰ ἀθροισθέντα ἐκ τῶν λαφύρων ἐδημοσίευσεν· ὁ δ' ἕτερος ὕπατος κατὰ τῶν τυρσηνῶν στρατεύσας, καὶ καταστήσας αὐτοὺς δι' ὀλίγου, σῖτόν τε καὶ χρήματα παρ' αὐτῶν ἀπαιτήσας, τὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε, τὰ δὲ ἀπήνεγκεν ἐς τοὺς θησαυρούς. συμβεβηκότος δὲ λοιμοῦ ἰσχυροῦ, οἱ σαμνῖται καὶ φαλίσκοι καταφρονήσαντες τῶν ῥωμαίων διά τε τὴν νόσον, καὶ ὅτι τοὺς ὑπάτους οὐ κατ' ἀρετὴν ᾕρηντο, ὡς μὴ πόλεμον ὄντων, ἐκίνησαν. μαθόντες οὖν τοῦτο οἱ ῥωμαῖοι, ἰούνιον μὲν βροῦτον τὸν καρουίλιον, κόϊντον δὲ φάβιον τὸν πατέρα τοῦ ῥούλλου τοῦ μαξίμου τοῖς ὑπάτοις πρεσβευτὰς συνεξέπεμψαν. ὁ μὲν οὖν βροῦτος φαλίσκους ἐνίκησε, καὶ τὰ τούτων καὶ τὰ τῶν ἄλλων τυρσηνῶν ἐλεη-

ſis cruentari ſolere. Ex his igitur eos læta expectare iubebat. Melle aũt morbum, q̃ ægrotantibus eo ſit opus: lacte famem portendi, aiebat. Ad tantam enim penuriam redactũ iri, ut eum uictum quæſituri eſſent, qui ſponte proueniat citra humanã operã. Manius prodigia ſic interpretatus, cum ipſe euentus prædictionem poſtea comprobaſſet, ſapientiæ ac præſcientiæ gloriam eſt adeptus. Volumnius ad bellum Samniticum ire iuſſus. Contra Gallos eorumq́ fœderatos, deſignati Coſs. *Rullus Fabius Maximus, & P. Decius: qui cum celeriter in Tyrrheniã ueniſſent, & Appij caſtra duplici uallo munita uidiſſent, uallis reuulſis & diſiectis, milites ſpẽ ſalutis in armis habere docuerunt. Interim uerò dum cõtra hoſtes pergunt, lupus ceruã perſequens, inter utrãq; aciẽ delatus, iuxta Romanos euaſit: eoſq; confirmauit, exiſtimãtes id fauſtũ ſibi omen eſſe, ob Romulum a lupa nutritum, quemadmodũ eſt expoſitum. cerua uerò cũ ad hoſtes fugiſſet, telis confecta, & timorẽ eis & eiuſdem cladis euentũ reliquit. Cõgreſsis exercitibus, Maximus in ſuo cornu facilè uicit, Decius ſuccubuit. Verũm facti paterni recordatus, ad quod ille ſomnio impulſus fuerat, ſuũ & ipſe caput eodẽ modo deuouit, conſilio cum nemine cõmunicato. Ipſo cæſo, milites partim eius uerecundia, qui ultro mortẽ pro ipſis oppetijſſet, partim certa ſpe uictoriæ ex eo facto concepta, fugere deſierunt, & perſequentibus fortiter reſtiterunt. Interim Maximus quoq; à tergo hoſtes aggreſſus, multos occidit, reliqui in fuga perierunt. Decij cadauer Fabius Max. unà cum ſpolijs cremauit, petentibus pacem dedit. Sequente anno Attilius Regulus denuò cum Samnitibus pugnauit, aliquandiu æquo Marte. Deinde uicti Romani, Samnites uiciſsim ſuperatos, & ſub iugum miſſos dimiſerunt. Quam ignominiam iniquis ferentes animis, extrema experiri decreuerunt, aut uicturi, aut perituri: mortem comminati, ſi quis manſiſſet domi. Cum igitur in Campaniam irruerent, Coſs. Samnium militibus uacuum uaſtarũt, & oppida aliquot cæperũt. Samnites Campania relicta domum reducti, & cũ altero conſule congreſsi, atq; arte quadã ſuperati, grauiter in fuga impegerũt, & caſtris & oppido, cui ſuppetias ueniebant, amiſsis. Conſul triumphauit: & quicquid ex præda redegerat, in ærariũ intulit. Alter uerò Conſul qui cum Tyrrhenis pugnabat, cum eos breui tempore compeſcuiſſet, frumentum & pecuniam eis imperatam, partim militibus diſtribuit, partim in ærarium intulit. Cum autem urbs graui peſtilentia laboraret, Samnites & Faliſci Romanis, cùm ob morbum, tum propter Conſules non ex uirtute creatos, ut pacatis temporibus fieri ſolet, ſpretis, in motu fuerũt. Quo cognito, Caruilium Iunio Bruto, Quinto Fabio patrem Rullum Maximum legatos decreuerunt. Ac Brutus Faliſcos uicit, eorumq; & cæterorum Tyrrhenorum agros

Lupi augurium.

P. Decius patris exẽplo ſe deuouet.

Victoria Gallica, Sãmitica & Tyrrhena.

populatus eſt. Sed Fabius, quòd Samnites Campaniam infeſtare audiebat, properè ante patrem Roma profectus, cum aliquot eorũ ſpeculatores maturare abitum uideret, omnes ibi hoſtes eſſe ratus, ac fugere: ante patris aduentum manus conſerere properãs, ut ſuum eſſet decus, nullo ordine proceſsit, et in cõſertos hoſtes delapſus, cũ exercitu cæſus eſſet, niſi nox ſuperueniſſet. Multi etiam pòſt prælium perierunt, neque medicum, neq; quicquam ualetudini curandæ aptum habentes: quòd impedimentis longè anteuerterant, ſpe uictoriæ ſtatim adipiſcendæ. ac niſi patrem eius in propinquo eſſe rati Samnites metu receſsiſſent, omnino poſtridie quoq; eos occidiſſent. Quæ cũ in urbem nũciata eſſent, magna indignatione orta, & Conſuli reuocato die dicta, pater eius ſenex, tum ſuis, tum maiorum ſuorum rebus præclarè geſtis commemoratis, filium nihil illis indignum facturum pollicitus, acceptamq; cladem ætati imputans, ira populi mitigata, cũ eo profectus, Samnites uictos caſtris exuit, agros uaſtauit: & prædam, quæ magna erat, partim in ærarium retulit, partim militibus diſtribuit. Ea de cauſa cùm ipſi Fabio honos eſt habitus: tum filio permiſſum, ut etiam deinceps pro conſule imperaret, tum quoque patre legato utens, qui nihil ſenectuti ſuæ parcens, ipſe adminiſtrauit omnia: ſed diſsimulanter, ut à filio acta eſſe uiderentur. Poſt hæc, cum tribuni plebis legem de nouis tabulis rogarent, cui creditores interceſſerunt, orta ſeditio non conquieuit prius, quàm hoſtes urbem inuaſerunt. Belli eius principium á Tarentinis ortum eſt, qui ſe Tyrrhenis, Gallis, Samnitibus, & pluribus alijs coniunxerunt. At Romani cæteros, per alios atque alios conſules deuicerunt. Tarentini autem, quamuis belli autores: tamen apertè in aciem nondum deſcenderant. Cæterùm L. Valerium claſſis præfectum, dum ibat quò miſſus erat, Tarenti appulſurum (eam enim urbem populi Romani amicam eſſe putabat) ex conſcientia facinorum ſuorum contra ſe eſſe miſſum ſuſpicati, iracundè impetu facto, nihil hoſtile metuentem, cum multis alijs demerſerunt: captos partim in carcerem coniecerunt, partim occiderũt. Quo Romani audito, etſi grauiter eam iniuriam ferebant: tamen per legatos cum eis expoſtularunt. quibus non modò nihil æqui reſponſum eſt, ſed etiam contumelia facta, L. Poſthumij legatorum principis ueſte ſordibus inquinata. Eam ob rem tumultu orto, ac Tarentinis cachinnantibus, Poſthumius: Ri-
„ dete, inquit, ridete dum uobis licet. nã longiſ-
„ ſimo tempore plorabitis, cum ueſtem hãc ſan-
„ guine ueſtro elueritis. Eam contumeliã iniquis animis Romani ferentes, bellum Tarentinum L. Aemylio Cõſuli decreuerũt. qui cum eò appuliſſet, idoneis uerbis animos eorũ tentauit, æquis conditionibus pacem amplexuros ratus. Sed diſſenſione inter ciues orta, ſenioribus

Fabius Maxim. pro filio deprecatus, Samnites uincit.

Seditio ob nouas tabulas.

Tarentinũ bellum.

ἠλαύνετο. Φάβιος δὲ τῆς ῥώμης πρὸ τοῦ πατρὸς ἐξελάσας, καὶ τοὺς Σαμνίτας ληΐζεσθαι τὴν Καμπανίδα πυθόμενος, ἐπῄγετο, προσκόπους τέ τινας αὐτῶν ἐντυχὼν, καὶ ταχέως ἀποχωροῦντας σφᾶς θεασάμενος, πάντας τε πολεμίους ἐκεῖ τυγχάνειν φόμενος, καὶ φεύγειν ἐπίστευσε· κἀκ τούτου δείσας αὐτοῖς συμβαλεῖν πρὸ τοῦ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀφικέσθαι, ἵν' αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ μὴ ἐκείνου δόξῃ, προεχώρησεν ἀσυντάκτως· καὶ περιπεσὼν ἀθρόοις τοῖς πολεμίοις, πανσυδὶ ἂν διεφθάρη, εἰ μὴ νὺξ ἐγένετο. πολλοὶ δ' οὖν καὶ μετὰ ταῦτα τεθνήκασι, μήτ' ἰατροῦ, μήτ' ἐπιτηδείου τινὸς παρόντος, διὰ τὸ πολὺ πρὸ τῶν σκευοφόρων αὐτοὺς ἐπειχθῆναι ὡς αὐτίκα νικήσοντας. καὶ πάντες ἂν καὶ ἀπώλοντο τῆς ὑστεραίας, εἰ μὴ οἱ Σαμνῖται τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐγγὺς εἶναι νομίσαντες, ἔδεισάν τε καὶ ἀνεχώρησαν. πυθόμενοι δὲ ταῦθ' οἱ ἐν τῷ ἄστει, δεινῶς ἠγανάκτησαν· καὶ μεταπεμψάμενοι τὸν ὕπατον, δικάζειν ἤμελλον. ὁ δὲ γέρων ὁ τούτου πατὴρ καταριθμήσας τά τε οἰκεῖα καὶ τὰ τῶν προγόνων ἀνδραγαθήματα, καὶ ὑποσχόμενος μηδὲν αὐτὸν πρᾶξιν ἀνάξιον τὸν υἱὸν, καὶ τὴν τότε νεότητα πρὸς τὸ ἀτύχημα προβαλλόμενος, τῆς ὀργῆς αὐτοὺς αὐτίκα ἀπέλυσε, καί οἱ συνεξελθὼν, μάχῃ τοὺς Σαμνίτας ἐνίκησε, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν εἷλε· τήν τε χώραν ἐπόρθησε, καὶ λείαν πολλὴν ἔλαβε· καὶ τὰ μὲν αὐτῆς ἐδημοσίωσε, τὰ δὲ τοῖς στρατιώταις κατένειμε. διά τοι ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι ἐκεῖνόν τε ἐμεγάλυνον, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἀντὶ ὑπάτου αὐτὸν ἄρξαι ἐκέλευσαν, ὑποστρατήγῳ καὶ τότε τῷ πατρὶ χρώμενον. καὶ ὃς πάντα μὲν αὐτὸς διῴκει, καὶ οὐδὲν μηδὲν τοῦ γήρως φειδόμενος· ὁ μέντοι καὶ φίδαλος ἦν δι' ἑαυτοῦ τὰ πράγματα πράττειν, ἀλλὰ τὴν δόξαν τῶν ἔργων τῷ παιδὶ προσῆπτε. μετὰ δὲ ταῦτα δημάρχων τινῶν χρεῶν ἀποκοπὴν εἰσηγησαμένων, ἐπεὶ μὴ καὶ παρὰ τῶν δανειστῶν αὕτη ἐδίδοτο, ἐστασίασε τὸ πλῆθος· καὶ οὐ πρότερον τὰ τῆς στάσεως κατηυνάσθη, ἕως πολέμιοι τῇ πόλει ἐπῆλθον. ἦρξαν δὲ τοῦ πολέμου οἱ Ταραντῖνοι, Τυρσηνοὺς καὶ Γαλάτας, καὶ Σαμνίτας, καὶ ἄλλους προσεταιρισάμενοι πλείονας. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους οἱ Ῥωμαῖοι συμβαλόντες διαφόροις μάχαις ἐνίκησαν, ἐν ὑπάτοις ἄλλοτε ἄλλοις. οἱ δὲ Ταραντῖνοι, καίτοι τὸν πόλεμον παρασκευάσαντες, ὅμως οὔπω πρὸς μάχην ἀντικατέστησαν φανερῶς. ναυαρχοῦντος δὲ Λευκίου Οὐαλλερίου, καὶ τριήρεσι προσορμίσασθαι βουληθέντος ἐν Τάραντι, ἐπεὶ ἀπῄει ὅπη σὺν αὐτοῖς ἐπεστάλη, φίλιον τὴν χώραν ἡγούμενος· οἱ Ταραντῖνοι κατ' αὐτῶν ὑποτοπήσαντες τὸν ἀνάπλουν ἐκ τῶν συνειδότων ἀφ' ἑαυτῶν, μετ' ὀργῆς αὐτῷ ἀνήχθησαν, καὶ προσπεσόντες αὐτῷ μηδὲν πολέμιον ἐλπίζοντι, κατέδυσαν ἐκεῖνόν τε καὶ ἄλλους πολλούς. καὶ τοὺς ἁλόντας, τοὺς μὲν καθεῖρξαν, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτειναν. πυθόμενοι δὲ ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι, ἠγανάκτησαν μὲν, πρέσβεις δ' ὅμως ἀπέστειλαν, ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς, καὶ δίκας ἀπαιτοῦντες. οἱ δὲ οὐ μόνον αὐτοῖς οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀπεκρίναντο, ἀλλὰ καὶ ἐτώθαζον, ὡς καὶ τὴν ἐσθῆτα τοῦ Λευκίου Ποστουμίου τοῦ προέχοντος ἐν τοῖς τῶν πρέσβεων. θορύβου δὲ ἐπὶ τούτῳ γενομένου, καὶ τῶν Ταραντίνων ἐπικαγχαζόντων, ὁ Ποστούμιος, γελᾶτε, ἔφη, γελᾶτε, ἕως ἔξεστιν ὑμῖν· κλαύ-
σεσθε γὰρ ἐπὶ μακρότατον, ὅταν τὴν ἐσθῆτα ταύτην τῷ αἵ- „
ματι ὑμῶν ἐκπλύνητε. ἐπανελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων, οἱ „
Ῥωμαῖοι τὰ πραχθέντα μαθόντες, ἤλγησαν, καὶ στρατεῦσαι ἐπὶ τοὺς Ταραντίνους Λεύκιον Αἰμίλιον τὸν ὕπατον ἐψηφίσαντο. ὃς ἐς Τάραντα προσχωρήσας, λόγους αὐτοῖς ἐπιτηδείους ἔπεμψε, νομίζων ἐπὶ μετρίοις εἰρήνην αἱρήσεσθαι. οἱ δὲ ταῖς γνώμαις ἀλλήλοις ἠναντιώθησαν, καὶ τῶν μὲν πρεσβυτέ-

εὐπόρων καὶ ἀπόρων τὴν εἰρήνην προσδεχομένων, τῶν δ' ἐν ἡλικίᾳ καὶ ὀλίγα ἢ μηδὲν ἐχόντων πόλεμον αἱρουμένων, ἐκράτησαν οἱ νεώτεροι. φοβούμενοι δὲ ὅμως, τὸν Πύρρον τὸν Ἠπειρώτην ἐς συμμαχίαν ἐβουλεύσαντο προσκαλέσασθαι, καὶ πρέσβεις αὐτῷ καὶ δῶρα πεπόμφασιν. Αἰμίλιος δὲ ταῦτα μαθὼν, τὴν χώραν αὐτῶν ἐλεηλάτει καὶ ἔφθειρεν. οἱ δὲ ἐπεξῆλθον μὲν, ἀλλ' ἐτράπησαν, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους τήν τε χώραν αὐτῶν ἀδεῶς πορθῆσαι, καί τινα χειρώσασθαι φρούρια. πολλοὺς δὲ τῶν ἁλόντων τοῦ Αἰμιλίου περιποιουμένου ἐπιμελῶς, καί τινας τῶν δυνατωτέρων ἐλευθερώσαντος, οἱ Ταραντῖνοι τήν τε φιλανθρωπίαν αὐτοῦ θαυμάσαντες, καὶ ἐς ἐλπίδας προαχθέντες σπονδῶν, Ἄγιν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτήδειον ὄντα, εἵλοντο στρατηγὸν αὐτοκράτορα. ἄρτι δ' οὗτος ἐκεχειροτόνητο, καὶ Κινέας ὑπὸ τοῦ Πύρρου προπεμφθεὶς, ἐμποδὼν τοῖς πραττομένοις ἐγένετο. ὁ γὰρ Πύρρος τῶν καθ' ἑαυτὸν βασιλέων ἄριστος, φύσεώς τε δεξιότητι, καὶ παιδείας ἰσχύϊ, καὶ ἐμπειρίᾳ πάντων προέφερε. καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸ πλεῖστον τὸ μὲν εὐποιΐαις, τὸ δὲ φόβῳ προσεπεποίητο. οὗτος τοίνυν τοῖς τῶν Ταραντίνων πρέσβεσιν ἐντυχὼν, ἕρμαιον τὴν συμμαχίαν ἡγήσατο, ἐκ πλείονος τῆς Σικελίας καὶ τῆς Καρχηδόνος καὶ τῆς Σαρδοῦς ἐφιέμενος· ὀκνῶν δὲ ὅμως αὐτὸς ἐχθρὰ πρὸς Ῥωμαίους προκατάρξασθαι, καὶ βοηθήσειν ἅμα τοῖς ἐπηγγέλλετο· ἵνα δὲ μὴ ὑποπτευθείη διὰ τὰ προειρημένα, καὶ αὐτίκα ἀνακομισθήσεσθαι ἔφη. καὶ ἐν ταῖς συνθήκαις προστεθῆναι πεποίηκε, τὸ μὴ περαιτέρω τῆς χρείας ἐν τῇ Ἰταλίᾳ παρ' αὐτῶν κατασχεθῆναι. συνθέμενος δὲ ταῦτα, τοὺς μὲν πλείους τῶν πρέσβεων ὡς τὰ στρατεύματα αὐτῷ συμπαρασκευάσοντας, ἐν ὁμηρείᾳ κατέσχεν, ὀλίγους δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ τὸν Κινέαν προέπεμψε σὺν στρατῷ. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν, οἱ Ταραντῖνοι θαρσήσαντες, τῶν τε καταλλαγῶν τῶν πρὸς Ῥωμαίους ἀπέσχοντο, καὶ τὸν Ἄγιν ἔπαυσαν τῆς στρατηγίας, ἕνα τῶν πρέσβεων ἐχειροτόνησαν στρατηγόν. μετ' οὐ πολὺ δὲ Μίλων ὑπὸ τοῦ Πύρρου σὺν δυνάμει πεμφθεὶς, τήν τε ἀκρόπολιν αὐτῶν ἐς τὴν ἐκείνου ὑποδοχὴν κατέλαβε, καὶ τὴν τοῦ τείχους φρουρὰν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο· καὶ οἱ Ταραντῖνοι ἡδέως τούτοις εἶχον, ὡς μήτε φρουρεῖν, μήτ' ἄλλο τι ἐπίπονον ὑπομένειν ἀναγκαζόμενοι. καὶ αὐτοῖς τροφὰς ἐχορήγουν, καὶ τῷ Πύρρῳ χρήματα ἔπεμπον. ὁ δὲ Αἰμίλιος τέως μὲν κατὰ χώραν ἠρέμει. ἐπεὶ δὲ τούς τε Πυρρείους ἥκοντας ἔγνω, καὶ διὰ τὸν χειμῶνα προσκαρτερεῖν οὐχ οἷός τε ἦν, ἐς Ἀπουλίαν ὥρμησεν. οἱ δὲ Ταραντῖνοι ἔν τινι στενοπόρῳ χωρίῳ δι' οὗ διελθεῖν ἀνάγκην εἶχε, λοχήσαντες, ἄπορον αὐτῷ τὴν πορείαν ἐποίουν τοξεύμασιν, ἀκοντίσμασί τε καὶ σφενδονήμασιν. ὁ δὲ τοὺς αἰχμαλώτους σφῶν, οὓς ἐπήγετο, προέταξε. φοβηθέντες δ' οἱ Ταραντῖνοι, μὴ τοὺς σφετέρους ἀντὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπολέσωσιν, ἐπαύσαντο. ὁ δὲ Πύρρος οὐδὲ τὸ ἔαρ ἀναμείνας ἀπῆρε, στράτευμά τε πολὺ καὶ ἔκκριτον ἐπαγόμενος, καὶ ἐλέφαντας εἴκοσι, ζῷα μή πω πρότερον τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὀφθέντα, ἃ δὴ ἐξεπλήσσοντο καὶ ἐθαύμαζον· χειμῶνι δὲ περιπεσὼν τὸ Ἰόνιον περαιούμενος, πολλοὺς ἀπώλεσε τοῦ στρατεύματος, οἱ δὲ λοιποὶ τῷ κλύδωνι διεσκεδάσθησαν. μόλις δ' οὖν πεζεύσας ἦλθεν εἰς Τάραντα, καὶ αὐτίκα τοὺς μὲν ἀκμάζοντας τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις συνέταξεν, ὅπως μὴ καθ' ἑαυτοὺς λελοχισμένοι νεωτερίσωσι· καὶ τὸ θέατρον ἔκλεισε, τάχα δὲ ἐς τὸν πόλεμον, ὅπως μὴ ἐς αὐτὸ συνερχόμενοι, νεωχμώσωσί τι. ἀπεῖπε δ' αὖθις καὶ πρὸς συμπόσια καὶ κώμους ἀθροίζεσθαι. καὶ τοὺς νέους ἐν τοῖς ὅπλοις ἀσκεῖσθαι ἐκέλευεν, ἢ δι-

bus & diuitibus pacem expetentibus, iuuenibus & ijs qui uel parũm uel nihil habebant bellum flagitãtibus, iuniorum ſententia uicit. Sed ſuis diffiſi uiribus, Pyrrhum Epirotam ad belli ſocietatem accerſendum duxerunt, legatis & muneribus ad eum miſsis. Quo Aemilius cognito, agrum populatur & uaſtat: eosq; in aciem egreſſos profligat, ut Romani deinceps impune prędas agerent, & quędam caſtella caperent. Cum autem captiuos diligenter curaret Aemylius, & aliquot ex potentioribus dimiſiſſet: Tarentini & humanitatem eius admirati, & in ſpem pacis impetrãdæ erecti, Agidem Romanis amicũ ducem cum ſummo imperio creauerunt. Qui cum uix magiſtratum iniſſet Cineas legatus à Pyrrho præmiſſus, eam rem impedijt. Nam Pyrrhus Epiri rex, tum ingenij dexteritate, tum inſtitutionis accuratione, tum uſu rerum omnibus præſtans, maxima Græciæ parte uel beneficijs, uel terrore ſibi adiuncta, Tarentinorum ſocietatem peropportunam ſibi forè exiſtimans, cum longo iam tempore Siciliam, Carthaginem & Sardiniam ſubigere cuperet, & tamen Romanos armis laceſſere uereretur: legatis auxilia pollicitus eſt. ſed ne ob loca quæ diximus ſuſpectus eſſet, ſe ſtatim rediturum eſſe domum dixit. & in fœderibus excepit, ne diutius quàm opus eſſet, ab eis in Italia detineretur. Hæc pactus, maiorem legatorum partem, ut in colligendo milite operam nauaturos, obſidum uice retinuit: paucos & Cineam cum exercitu præmiſit. Quorum aduentu confirmati Tarentini, pacificatione repudiata, imperium Agidi abrogatum, uni ex legatis detulerunt. Non multo pòſt, Milonem cum exercitu, ad arcem in aduentum ſuum occupandam, & mœnia cuſtodienda, miſit Pyrrhus. Gratum id Tarentinis fuit, quòd neq; in præſidijs eſſe, neque quicquam laboris capere cogerentur. Itaque militi cibaria præbuerunt, Pyrrho pecuniam miſerunt. Aemylius, qui ad id tempus in caſtris ſe tenuerat, Pyrrhi militũ aduentu cognito, cum per hyemem oppugnare urbem nõ poſſet, in Apuliam abire ſtatuit. Sed cum Tarentini anguſtis quibuſdam faucibus occupatis, per quas tranſire neceſſe habebat, iter ei ſagittis, iaculis & fundis interclusiſſent: captiuos eorum præmiſit. illi uerò ueriti, ne ſuos pro Romanis côficerent, deſtiterunt. At Pyrrhus uere non expectato, cum magno lectiſsimoq; exercitu abiens, & x x elephantis (quæ animalia non prius in Italia cõſpecta, ſtuporem & admirationem hominibus attulerunt) dum Ionium traijcit, tempeſtate orta, multis amiſsis, cæteris diſsipatis, pedeſtri itinere Tarentum ægrè peruenit: ac pubem ſtatim ſuis militibus inſeruit, ne ſeorſim inſtructi, belli tempore nouis rebus ſtuderent. eadem'que forſitan de cauſa theatrum clauſit: & conuiuiorum comeſſationum'que cœtibus interdictis, adoleſcentes aut in armis exerceri,

Pyrrhus.

Cineas Pyrrhi legatus.

Milo.

Pyrrhus Tarẽti pro domino ſe gerit.

aut per totos dies in foro agere iuſsit. Quarum rerũ moleſtia quibuſdã ſe ſubducentibus, ſuos portis pręfecit, qui neminẽ exire paterent. His igitur rebus & cõmeatus ſuppeditatione, & ſatellitũ in ædes receptione oneratos, ſera pœnitentia Tarentinos inuaſit, ꝙ non sociũ, ſed dominum acciuiſſent. Pyrrhus uerò ne ad Romanos his de cauſis inclinarent ueritus, Reip. gerendę, tractãdoq́; populo idoneos, partim per cauſas aliquas in Epirũ ad filium miſit, partim clam ſuſtulit. Ariſtarchũ uerò ſummũ apud illos uirũ, & eloquentia præſtantem, ſibi cõcilia uit, ut ob ſuam familiaritatẽ populo ſuſpectus eſſet. Sed cum ei nihilominus fidem eſſe cerneret, in Epirũ ire iuſsit: qui cum refragari nõ auderet, ſe illò nauigaturũ ſimulans, Romam eſt profectus. Quæ cum Tarenti agerentur, Romani Pyrrhi aduentu minimè læti, tum ꝙ Italiam infeſtã haberent, tum ꝙ illum bellicoſum & inuictis munitum eſſe copijs fama ferebat, delectibus habitis, coactaq́; pecunia, ſocijs ciuitatibus præſidia impoſuerunt, ne illæ quoq; deficerent: & quas nouis rebus ſtudere uelle præſenſerant, earũ principes mulctarunt. Prænestinos aũt quoſdam ueſperi in urbem adductos, ærario cuſtodiæ cauſa incluſerunt: ut uetus oraculum quoddam impleretur, quo prædictum fuerat, illos Romanum ærarium occupaturos. cuius hic euentus fuit, ut ibi necarentur. Contra Pyrrhum, Tarentinos, eorumq́; ſocios Valerium Leuinum miſerunt, parte exercitus in urbe præſidij cauſa retenta. Is ſtatim Roma profectus eſt, ut bellum quàm longiſsimè à patria gereret, & terrorem Pyrrho incuteret: qui ab ijs ultrò laceſſeretur, quorum ſe mœnia oppugnaturum opinabatur.

Valerius Leuinus cõſul contra Pyrrhum miſſus.

Captoq́; munito & opportuno caſtello, præſidium in Lucanis reliquit, ne ad hoſtes ſe conferrent. Pyrrhus Leuini aduentu cognito, eductis copijs tempus terere, dum auxilia conueniſſent, cupiens, ſuperbas & minaces Leuino literas ſcripſit, in hanc ſententiam. Rex Pyrrhus Leuino ſalutem. Audio te exercitum contra Tarentinos adducere ceterùm eo dimiſſo, ipſe cum paucis ad me uenito. nam ſi qua inter uos controuerſia eſt, ego ius uobis dicam: & inuitos ea quæ æqua ſunt, præſtare cogam. Ei Leuinus hoc modo reſpondit: Omnino mihi Pyrrhe inſanire uideris, qui te inter nos & Tarentinos iudicem conſtituas, priuſquam nobis pœnas dederis ingreſſus in Italiam tui. Itaque cum toto exercitu ueniam, & de te & Tarentinis pœnas ſumam. Quid enim uerbis & nugis mihi opus eſt, cum Marte iudice, autore noſtri generis, cauſam diſceptare liceat? Hoc reſponſo dato, properat: & flumine interiecto caſtris poſitis, ſpeculatores aliquot comprehendit: quos per caſtra circumductos, ſeq́; alium longè maiorem habere exercitum gloriatus, dimiſit. Quo facto perculſus Pyrrhus, pugnã detrectauit, tum quòd fœderati eius nõdum conueniſſent, tum quòd Roma-

ἢ διημερεύειν κατὰ τὴν ἀγοράν. ὡς δέ τινες ἀχθόμενοι τούτοις ὑπεχώρησαν, φρουροὺς ἐκ τῶν οἰκείων κατέστησεν, ὥστε μηδένα ἐξιέναι τῆς πόλεως. οἱ δὲ τούτοις τε καὶ τῇ χορηγίᾳ τῶν τροφῶν βαρυνόμενοι, καὶ τοὺς δορυφόρους αὐτῶν ἐς τὰς οἰκίας αὐτῶν ἀναγκαζόμενοι δέχεσθαι, μετεγίνωσκον, δεσπότου καὶ οὐχὶ συμμάχου τοῦ πύρρου πειρώμενοι. ὁ δὲ διὰ ταῦτα μὴ πρὸς τοὺς ῥωμαίους ἀποκλίνωσι φοβηθείς, τῶν τὰ πολιτικὰ δυναμένων πράττειν, καὶ προεστώτων τοῦ ὁμίλου, τοὺς μὲν ἐς τὴν ἤπειρον πρὸς τὸν υἱὸν ἐπί τισι προφάσεσιν ἔπεμπε, τοὺς δὲ καὶ ἀφανεῖς διέλυσεν. ἀρίσταρχον δέ τινα ἐν τοῖς ἀρίστοις τῶν ταραντίνων ἐξεταζόμενον, καὶ εἰπεῖν πιθανώτατον, προσεποιήσατο, ἵν' ὕποπτος τῷ δήμῳ ὡς τὰ τοῦ πύρρου φρονῶν γένηται· ὡς δ' ἔτι περὶ ἐκεῖνον τὸ πλῆθος ἑώρα, ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὴν ἤπειρον. καὶ ὃς ἀντειπεῖν μὴ θαρρῶν, ἐξέπλευσε μέν, ἐς δὲ τὴν ῥώμην ἀφίκετο. καὶ τοιαῦτα μὲν ὁ πύρρος τοῖς ταραντίνοις ἐποίει. οἱ δ' ἐν τῇ ῥώμῃ κατέδεισαν, μαθόντες τὸν πύρρον ἐλθόντα εἰς τάραντα, ὅτι τε ἐκπεπολεμῶσθαι τὰ ἐν τῇ ἰταλίᾳ αὐτοῖς, καὶ τὸ θρυλλεῖσθαι ἐκεῖνον δὴ πολεμικόν τε τυγχάνειν καὶ δύναμιν ἔχειν ἀνανταγώνιστον, στρατιώτας τε οὖν κατέλεγον, καὶ χρήματα ἤθροιζον, φρουρούς τε ἐς τὰς συμμαχίδας πόλεις διέπεμπον, ἵνα μὴ καὶ ἐκεῖναι ἀποστῶσι. καί τινας προαισθόμενοι νεωτερίζοντας, τοὺς πρώτους αὐτῶν ἐκόλασαν, καί τινες τῶν πραινεστινῶν ἐς τὴν ῥώμην ἀχθέντες, πρὸς δείλην ὀψίαν εἰς τοὺς θησαυροὺς ἐπὶ φυλακῇ ἐνεβλήθησαν. ὅθεν τις αὐτοῖς ἐκ τούτου χρησμὸς ἐξεπεπλήρωτο· ἐχρήσθη γὰρ αὐτοῖς ποτέ, ὅτι τοὺς τῶν ῥωμαίων καθέξουσι θησαυρούς. καὶ ὁ μὲν χρησμὸς εἰς τοῦτ' ἀπέβη, ἐκεῖνοι δέ γε ἀπώλοντο. οὐαλλέριον δὲ λαουίνιον ἐπὶ τὸν πύρρον καὶ τοὺς ταραντίνους, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀπεστάλκασι, καί τι καὶ ἐν τῷ ἄστει τοῦ στρατεύματος κατέσχον. ὁ γοῦν λαουίνιος εὐθὺς ἐξεστράτευσεν, ἵνα πορρωτάτω τὸν πόλεμον τῆς οἰκείας ποιήσηται· καὶ τὸν πύρρον καταπλήξειν ἤλπισεν, εἰ αὐτοῖς ἐθελονταὶ ἐπίοιεν, οὓς ἐκεῖνος πολιορκεῖν προσεδόκησε. καὶ ἑλὼν χωρίον τι τῶν λευκανῶν ὀχυρὸν καὶ ἐπίκαιρον, καὶ δύναμίν τινα ἐν τῇ λευκανίᾳ κατέλιπεν, εἴρξουσαν αὐτοὺς τοῦ ἐπαρῆξαι τοῖς ταραντίνοις. καὶ ὁ πύρρος μαθὼν πλησιάζοντα τὸν λαουίνιον, προεξώρμησε. καὶ στρατοπεδευσάμενος, τρίβειν ἤθελε τὸν καιρόν, ἀναμένων τοὺς συμμαχήσοντας. καὶ τῷ λαουινίῳ ἐπέστειλεν ὑπερηφάνως, ὡς καταπλήξων αὐτόν, εἶχε δὲ ἡ γραφὴ ὧδε· Βασιλεὺς πύρρος λαουινίῳ χαίρειν. πυνθάνομαί σε στράτευμα ἐπὶ ταραντίνους ἄγειν. τὸ μὲν οὖν ἀπόπεμψον, αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων ἄπιθι πρὸς ἐμέ. δικάσω γὰρ ὑμῖν ἐγώ, ἄν τι ἀλλήλοις ἐγκαλῆτε, καὶ ἄκοντας τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκάσω. λαουίνιος δὲ τάδε τῷ πύρρῳ ἀντέγραψε· πάνυ μοι δοκεῖς ὦ πύρρε τετυφῶσθαι, δικαστὴν ἡμῖν ἑαυτὸν καθιστὰς καὶ ταραντίνοις, πρὶν δίκην ἡμῖν ὑποσχεῖν, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τὴν ἰταλίαν ἐπεραιώθης. ἥξω τε οὖν μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς, καὶ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν καὶ παρὰ ταραντίνων, καὶ παρά σου λήψομαι. τί γάρ δεῖ μοι λήρου καὶ φλυαρίας, ἐξὸν παρὰ τοῦ ἄρεως τοῦ προπάτορος ἡμῶν βραβεύεσθαι; τοιαῦτα ἀντεπιστείλας, ἠπείγετο, καὶ ηὐλίσατο διὰ μέσου τὸ ῥεῖθρον τοῦ ἐκεῖ ποταμοῦ ποιησάμενος. κατασκόπους τέ τινας συλλαβών, δείξας τὴν δύναμιν αὐτοῖς, καὶ ἑτέραν πολλαπλασίονα ἄλλην ἔχειν, ἀπέπεμψεν. ὑφ' ὧν τούτοις ὁ πύρρος καταπλαγείς, οὐ μάχεσθαι ἤθελεν, ὅτι καὶ τῶν συμμάχων οὔπω τινὲς συνῆλθον αὐτῷ, καὶ λείψειν τι τοῖς

ῥωμαίοις

ῥωμαίοις τὰ ἐπιλείψειν ἤλπιζεν ἐν πολεμίᾳ διάγουσι. ταῦτα δὲ καὶ ὁ Λαουΐνιος λογιζόμενος, ἔσπευδε συμμῖξαι. τῶν δὲ στρατιωτῶν πρὸς τὴν τοῦ Πύρρου φήμην καὶ διὰ τοὺς ἐλέφαντας ἐκπεπληγμένων, συγκαλέσας αὐτοὺς, πολλὰ πρὸς θάρσος παρακαλοῦντα ἐδημηγόρησε, καὶ παρεσκευάζετο καὶ ἄκοντι τῷ Πύρρῳ συμμῖξαι. ὁ δὲ γνώμην μὲν οὐκ εἶχε μάχεσθαι, ὅπως δὲ μὴ δόξῃ τοὺς ῥωμαίους φοβεῖσθαι, καὶ αὐτὸς τοῖς οἰκείοις διαλεχθεὶς, ἐπώτρυνεν εἰς τὸν πόλεμον. Λαουΐνιον δὲ τὸν ποταμὸν πειρώμενον κατὰ τὸ στρατόπεδον διαβῆναι ἐκώλυσεν. ἐπαναχωρήσας οὖν αὐτὸς μὲν κατὰ χώραν μετὰ τοῦ πεζοῦ ἔμενε, τοὺς δ' ἱππεῖς ὡς ἐπὶ λείαν τάχα τινὰ ἐκπέμψας, ἐντειλάμενος, πόρρω ποι βαδίσαντας περαιωθῆναι. καὶ οὕτως ἐκεῖνοί τε κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις προσέπεσον ἀπροσδόκητοι. καὶ ὁ Λαουΐνιος ταραχθέντων αὐτῶν τόν τε ποταμὸν διέβη, καὶ τῆς μάχης συνεπελάβετο. βοηθῶν οὖν τοῖς ἑαυτοῦ, ὁ Πύρρος ἐπικουρήσας, τρωθέντα τὸν ἵππον ἀπέβαλε, καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς τεθνηκέναι. κἀκ τούτου τῶν μὲν ἀθυμησάντων, τῶν δὲ καταφρονησάντων, τὸ ἔργον ἠλλοίωτο. συνεὶς δὲ τοῦτο, τὴν μὲν στολὴν ἐκπρεπεστέραν τῶν ἄλλων οὖσαν Μεγακλεῖ, ἐκέλευσεν ἐνδῦναι αὐτὴν, καὶ πανταχόσε περιελαύνειν, ὅπως σώζεσθαι αὐτὸν νομίσαντες, οἱ μὲν ἐναντίοι πτοηθῶσιν, οἱ δ' οἰκεῖοι πρὸς θάρσος ἀφίκωνται. αὐτὸς δὲ στειλάμενος ἰδιωτικῶς, συνέμιξεν αὐτοῖς παντὶ τῷ στρατῷ πλὴν ἐλεφάντων, καὶ τοῖς ἀεὶ πονουμένοις ἐπαμύνων, πλεῖστον τοὺς σφετέρους ὠφέλησε. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἐπὶ πολὺ τῆς ἡμέρας ἰσορρόπως ἐμάχοντο. ὡς δὲ τὸν Μεγακλέα τις ἀπέκτεινε, φήσας τὸν Πύρρον ἀπεκτονέναι, καὶ τοῖς ἄλλοις δόκησιν τοῦτο παρέσχεν, οἵ τε ῥωμαῖοι ἐπερρώσθησαν, καὶ οἱ ἐναντίοι ἐνέδοσαν. γνοὺς δὲ ὁ Πύρρος τὸ γινόμενον, τὸν πῖλον ἀπέρριψε, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ περιιὼν, καὶ ἐς τοὐναντίον περιέστησε τὴν μάχην. ἰδὼν δὲ τοῦτο ὁ Λαουΐνιος, καὶ ἱππέας ἔχων ἐνεδρεύοντάς που τῆς μάχης ἐκτὸς, κατὰ νώτου προσπεσεῖν αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις ἐκέλευσε. πρὸς τοῦτο ἀντεστρατήγησεν ὁ Πύρρος, τὸ σημεῖον τοῖς ἐλέφασιν ἄρας. γίνεται ἔκ τε δὴ τῆς τῶν θηρίων ὄψεως ἀλλοκότου οὔσης, καὶ τῆς βοῆς φρικώδους, καὶ ἐκ τοῦ τῶν ὅπλων πατάγου, ὃν οἱ ἐπιβεβηκότες ἐποίουν ἐν τοῖς πύργοις φερόμενοι, αὐτοί τε οἱ ῥωμαῖοι ἐξεπλάγησαν, καὶ οἱ σφῶν ἵπποι ἐκταραχθέντες οἱ μὲν ἐκτιναττόμενοι τοὺς ἀναβάτας, οἱ δὲ καὶ φέροντες ἔφυγον. ἀθυμῆσαν οὖν ἐκ τούτου τὸ ῥωμαϊκὸν ἐτράπετο στράτευμα. καὶ φεύγοντες ἀνῃροῦντο οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς πύργοις ἀνδρῶν τοῖς ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων, οἱ δὲ καὶ παρ' αὐτῶν τῶν θηρίων ταῖς προβοσκίσι καὶ τοῖς κέρασιν ἢ ὀδοῦσι φθαρέντων πολλῶν, καὶ τοῖς ποσὶ δι' αὐτῶν κατηλοημένων συμπατουμένους. καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ ἐφεπόμενοι πολλοὺς ἔφθειρον, οὐδ' ἂν εἷς ὑπελείφθη, εἰ μὴ ἐλέφας τρωθεὶς αὐτός τε ἀνεφρύαζεν ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς τὰς ἐκείνου βοὰς ἐταράσσοντο. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Πύρρος ἐπέσχε τὴν δίωξιν. καὶ οὕτως οἱ ῥωμαῖοι διαβεβηκότες τὸν ποταμὸν, ἐς ἀπουλίδα πόλιν τινὰ ἀπεσώθησαν. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τοῦ Πύρρου στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων πεπτώκασιν, ὅθεν συγχαιρόντων αὐτῷ τῆς νίκης τινῶν, ἂν καὶ αὖθις ποτὲ ὁμοίως, ἔφη, κρατήσωμεν, ἀπολούμεθα. τοὺς μὲν τοι ῥωμαίους καὶ νικηθέντας ἐθαύμασεν, εἰπὼν, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἂν πᾶσαν ἐχειρώσατο, εἰ ῥωμαίων ἐβασίλευεν. ὁ μὲν οὖν Πύρρος ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα ἐσχήκει ὄνομα, καὶ πολλοὶ αὐτῷ προσεχώρησαν. οἵ τε σύμμαχοι ἀφικόμενοι πρὸς αὐτὸν, οἷς ὀλίγα ἐπιτιμήσας διὰ τὴν μέλλησιν,

τῶν

Romanos in hoſtili agro commeatus penuria laboraturos ſperabat. Eadem Leuinus quoq; reputans, confligere quamprimùm ſtatuit: & quia milites & Pyrrhi famam, & elephantes timebant, conuocato exercitu, & longa oratione ad confirmandos militum animos habita, ita ſe parat, ut cum Pyrrho uel inuito pugnaturus. qui quamuis à pugna abhorreret, tamen ne Romanos formidare uideretur, & ipſe milites ſuos ad pugnam cohortatus, Leuinum flumen iuxta caſtra tranſire conãtem, prohibuit. Is igitur cum peditatu ibi ſe continens, equitibus per ſpeciem prædæ petendæ ablegatis, mandat, ut longè prouecti, trajciant. qui cum ex improuiſo terga hoſtium inuaſiſſent, & ordines turbaſſent, Leuinus amne ſuperato, prælium & ipſe init. Sed Pyrrhus dum ſuis fugientibus ſuppetias uenit, equo ex uulnere amiſſo periſſe putabatur: unde Epirotis animi imminuti ſunt, Romanis creuerunt, mutata prælij facie. quo Rex intellecto, ueſtem inſignem dat Megacli induendam, eumq; paſsim circumuehi iubet, ut ſe uiuere arbitrati, hoſtes terrerentur, ſui cõfirmarentur, ipſe priuati habitu cum toto exercitu, elephantis exceptis, in Romanos inuehitur, & ubique laborantibus ſuccurrens, ſuos multum iuuat. Pugna igitur initiò magna diei parte anceps fuit, donec quidam Megacle occiſo, ſe Pyrrhum occidiſſe ratus, effecit ut hoſtes idem crederent. Tum uerò & Romanis aucti ſunt animi, & hoſtes ceſſerunt. Pyrrhus autem abiecto pileo, nudo capite circumiens, pugnæ fortunam mutauit. & cum Leuinus equites, quos extra aciem in inſidijs habebat, à tergo in hoſtes incurrere iuſsiſſet, ſignum elephantis ſuſtulit. Ibi ex inuſitato belluarum conſpectu, & horrendo barritu, armorum'que ſonitu, quem qui in turribus ferebantur, edebant: tum ipſi Romani perterriti ſunt, tum equi perturbati, ſeſſores partim excutientes, partim uehentes fugerunt. Itaque abiectis animis in fugam uerſi, partim à uiris qui in elephantorum turribus erant, occidebantur: partim ab ipſis belluarum manibus & dentibus multi conficiebantur, neque pauciores pedibus illarum proterebantur. Multos etiam equites inſecuti ſuſtulerunt: neque ullus euaſiſſet, niſi elephantus uulneratus retroceſsiſſet, & barritu ſuo cæteros turbaſſet. Nam cum ea de cauſa Pyrrhus à perſequendo deſtitiſſet, Romani flumine ſuperato in urbem quandam Apuliæ peruenerunt. Multi etiam ex Pyrrhi militibus & ducibus ceciderunt. Quare cum ei quidam uictoriam gratularentur: Si denuò, inquit, ita uicerimus, actum de nobis erit. & Romanos quamuis uictos admiratus, ſi eis imperaret, ſe orbis terrarum imperio potiturum eſſe dixit. Ex ea uictoria magnum nomen adeptus eſt, ac multi ſe ad eum contulerunt. Socijs, cum ueniſſent, ob moram nonnihil caſtigatis, partem

Pyrrhus Leuinũ elephantorum potiſsimum opera ſuperat.

manu-

Pyrrhus cõſilium Romæ oppugnandæ mutat.

manubiarũ dedit. Qui Romæ erant, ob acceptam cladem mœſti Leuino ſupplementũ miſerunt: & Tyberio ex Hetruria reuocato, urbem præſidijs firmarunt. nam Pyrrhũ ad eam tendere audierant. Leuinus uerò ſaucijs curatis, & diſperſis recollectis, acceptisq́; miſsis ex urbe militibus, Pyrrhum aſſectando uexauit: & Capuã, cuius illum capiendæ eſſe cupidum audierat, occupatam defendit. Eo conſilio fruſtratus Pyrrhus, Neapolim cõtendit: qua cum potiri non poſſet, ad Romam occupandam properans, & per Hetruriam tranſiens, ut eam quoq; gentẽ ſibi adiungeret: ubi eos cum Romanis fœdus percuſsiſſe didicit, & Tiberiũ ſibi obuiã ire, Leuinũ à tergo ſequi: ne ab eis in regione ignota circumueniretur timens, ulterius nõ eſt progreſſus. Vt uerò recedenti & Cãpaniæ fines ingreſſo, Leuinus cum exercitu longè maiore quàm prius habuerat, ſe oſtendit: Hydræ inſtar, inquit, Romanorũ legiones cędendo renaſcuntur. & aciem inſtruxit ille quidem, ſed non commiſit præliũ. Nam cum ſuos milites clypeos haſtis pulſantes, clamorem tollere, & claſsica canerę, & elephantes barrire iuſsiſſet, ut Romanos ante congreſſum perterrefaceret: illi autem longè ferocius reclamaſſent, ut ipſius milites conſternarentur: pugnã inire, ſacra inauſpicata cauſatus, noluit: ſed captiuos Tarentũ reduxit, ibiq́; Romanorum legatos pro captiuis redimendis miſſos, Fabricium & cæteros, honorificè benigneq́; excepit, ſperans eos pacem petituros, & ut uictos leges accepturos. Cæterùm Fabricio pro captis in bello id precium offerente, quod utrinque cõueniſſet: quia pacis nullam mentionem fecerat, animi dubius, ſeorſim, ut ſolebat, cum amicis, de reddendis captiuis, deq́; bello adminiſtrando deliberauit. Milone aũt ſuadente, ut neq; captiuos redderet, neq; pacẽ faceret, ſed Romanis iam uictis, etiã reliquias belli perſequeretur: Cyneas planè contrariũ cenſuit. Nam & captiuos gratis eſſe reddendos, & legatos atq; pecuniã Romã mittendos, pacis & fœderis impetrandi cauſa. cuius ſententiæ & cæteri & ipſe Pyrrhus aſſenſi, legatis accerſitis: Neq; prius, inquit, Romani mea ſponte uobis bellũ intuli, neq; nũc inferã. Amicus enim ueſter eſſe cupio. Itaq; captiuos gratis uobis reddo, & ut pacem mecum faciatis peto. Hæc cum legatis omnib. dixiſſet, & pecuniã partim dediſſet, partim promiſiſſet, cum Fabricio ſeorſim hoc modo egit: Cùm omniũ Romanorũ amicitiã expeto, tum uerò tuam, quem uirũ bonum eſſe uideo, & ut pacem mihi conficias peto. Hæc cum diceret, munera quoque multa ei obtulit. At ille: Pacis, inquit, ſtudium in te Pyrrhe laudo: & pacem, modò ea nobis proſit, tibi conficiam. neq; enim poſtulabis, cum me bonum uirum eſſe dicas, ut aliquid agam contra patriam. Sed nihil munerum illorum quę mihi offers, accipiam. Nunquid enim me uerè bonum uirum eſſe cenſes, an non? Nam ſi malus ſum, cur

Pyrrhus Romanis captiuos reddit, eorumq́; pacẽ expetit.

τῶν σκύλων μετέδωκεν. οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἤλγησαν ἐπὶ τῇ ἥττῃ, καὶ διὰ τοῦτο Λαιβινίῳ στράτευμα ἐπέμψαν, καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ τῶν Τυρσηνῶν μετεπέμψαντο, καὶ τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἐποιήσαντο, πυνθανόμενοι ἐπ' αὐτὴν τὸν Πύρρον ἐπείγεσθαι. ὁ μέντοι Λαιβῖνος τούς τε τραυματίας ἐξακεσάμενος, καὶ τοὺς σκεδασθέντας συναγαγὼν, ἤδη καὶ τῶν ἐκ Ῥώμης πεμφθέντων ἀφιγμένων, τὸν Πύρρον παρεπόμενος ἐλύπει· καὶ τὴν Καπύην μαθὼν ἑλεῖν γλιχόμενον, προκατέλαβε, καὶ ἐφύλαξεν. ἁμαρτὼν δὲ ἐκείνης ὁ Πύρρος, ἐπὶ τὴν Νεάπολιν ὥρμησεν. ὡς δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἐν αὐτῇ δρᾶσαι ἴσχυσε, σπεύδων τὴν Ῥώμην καταλαβεῖν, καὶ διὰ τῆς Τυρσηνίδος πορευόμενος ὡς κἀκείνους προσλάβοι, ἐπεὶ ἔμαθεν αὐτούς τε τοῖς Ῥωμαίοις ὁμολογίας πεποιημένους, καὶ τὸν Τιβέριον αὐτῷ ἀντιπροσιόντα, τόν τε Λαιβίνιον ἐφεπόμενον, ἐφοβήθη μὴ ὑπ' αὐτῶν πανταχόθεν ἐν χωρίοις ἀγνώστοις ἀποληφθῇ, καὶ προσωτέρω οὐ προεχώρησεν. ὡς δὲ ἀναχωροῦντι, καὶ γενομένῳ περὶ Καμπανίαν ὁ Λαιβῖνος ἐπεφάνη, καὶ τὸ στράτευμα αὐτοῦ πολλῷ πλεῖον τοῦ πρόσθεν ἦν, ὕδρας, ἔφη, δίκην τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων κοπτόμενα ἀναφύεται. καὶ ἀντιπαρετάξατο μὲν, οὐκ ἐμαχέσατο δὲ, ἐπεὶ ἐκέλευσεν ὡς καταπλήξων πρὸ τῆς συμπλοκῆς τοὺς Ῥωμαίους, τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας τάς τε ἀσπίδας τοῖς δόρασι πλήξαντας ἐκβοῆσαι, καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς καὶ τοὺς ἐλέφαντας συνηχῆσαι. ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνοι πολὺ μᾶλλον ἀντεβόησαν, ὡς ἐκπλαγῆναι τοὺς τοῦ Πύρρου, οὐκ ἔτ' ἠθέλησε συμμῖξαι, ἀλλ' ὡς δυσιερῶν ἐπανήγαγε, καὶ ἀφίκετο εἰς Τάραντα, ἔνθα πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἀφίκοντο ἄλλοι τε, καὶ ὁ Φαβρίκιος· οὓς φιλοτίμως διέθετο καὶ ἐδεξιώσατο, ἐλπίσας αὐτοὺς σπείσεσθαι, καὶ ὁμολογίαν ὡς ἡττημένους ποιήσεσθαι. τοῦ δὲ Φαβρικίου τοὺς ἁλόντας ἐν τῇ μάχῃ κομίσασθαι αἰτουμένου ἐπὶ λύτροις οἷς ἂν ἀμφοῖν συναρέσοι, διηπορήθη ὅτι μὴ καὶ περὶ εἰρήνης πρεσβεύοιεν ἔφη. καὶ ἰδίᾳ μετὰ τῶν φίλων ἐβουλεύετο, ὡς εἰώθει, περὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἐκδόσεως, καὶ περὶ τοῦ πολέμου, καὶ ὅπως αὐτὸν μεταχειριεῖται. ὁ μὲν οὖν Μίλων, μήτε τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδοῦναι, μήτε σπείσασθαι συνεβούλευεν, ἀλλ' ἤδη τῶν Ῥωμαίων ἡττημένων, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου προσκατεργάσασθαι. ὁ δὲ Κινέας τοὐναντίον ἅπαν αὐτῷ συνεβάλλετο· τούς τε γὰρ αἰχμαλώτους προῖκα ἐκδοῦναι συνῄνει, καὶ πρέσβεις εἰς Ῥώμην καὶ χρήματα πέμψαι τῆς εἰρήνης ἕνεκα καὶ σπονδῶν. τῇ γνώμῃ καὶ οἱ λοιποὶ συνετίθεντο, οὕτω δὲ φρονῶν καὶ ὁ Πύρρος ἐτύγχανε. καλέσας οὖν τοὺς πρέσβεις, οὔτε πρώην, ὦ Ῥωμαῖοι, ἔφη, ἑκὼν ὑμῖν ἐπολέμησα, οὔτε νῦν πολεμήσαιμι· φίλος γὰρ ὑμῖν γενέσθαι βεβούλημαι· διὸ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ὑμῖν ἄνευ λύτρων ἀφίημι, καὶ σπείσασθαι ἀξιῶ. ταῦτα μὲν πᾶσιν εἴρηκε τοῖς πρέσβεσι, καὶ χρήματα σφίσι τὰ μὲν δίδωσι, τὰ δὲ ἐπηγγέλλετο. ἰδίᾳ δὲ Φαβρικίῳ κατὰ μόνας διαλεχθεὶς, φίλος, εἶπεν, ἡδέως καὶ πᾶσιν ὑμῖν Ῥωμαίοις γενοίμην, μάλιστα δὲ σοί. ὁρῶ γάρ σε ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τὴν εἰρήνην συμπρᾶξαί μοι ἀξιῶ. ταῦτα λέγων, καὶ δῶρα αὐτῷ πολλὰ ἐδίδου. ὁ δὲ, ἐπαινῶ σε, εἶπεν, ὦ Πύρρε, ὅτι τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖς, καί σοι αὐτὴν, ἄν γε συμφέρῃ ἡμῖν, καταπράξομαι. οὐ γὰρ κατὰ τῆς πατρίδος τι πρᾶξαί με, ἀγαθὸν, ὥς φῄς, ἄνδρα ὄντα, ἀξιώσεις. ἀλλ' οὐδὲ τούτων ὧν δίδως τι λάβοιμι ἄν. πυνθάνομαι γάρ σου, πότερον ἐλλόγιμόν με ὡς ἀληθῶς νομίζεις ἄνδρα, ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ φαῦλος εἰμὶ, πῶς με

πῶς με δώρων ἄξιον κρίνεις; εἰ δὲ χρηστός, πῶς με λαβεῖν αὐτὰ κελεύεις; ἴσθι γοῦν, ὡς ἐγὼ καὶ πάνυ πολλὰ ἔχω, τοῖς ὑπάρχουσιν ἀρκούμενος, καὶ πλειόνων οὐ δέομαι· σὺ δ᾽ εἰ καὶ σφόδρα πλουτεῖς, ἐν πενίᾳ μυρίᾳ καθέστηκας. οὐ γὰρ ἂν ὅτε τὴν ἤπειρον, ὅτε τὰ ἄλλα ἃ εἶχες καταλιπὼν, δεῦρο ἐπεραιώθης, εἴγε ἐκείνοις ἠρκοῦ, καὶ μὴ πλειόνων ὠρέγου. τούτων οὕτω λεχθέντων, οἱ πρέσβεις τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες ἀπῆεσαν. καὶ ὁ πύῤῥος τὸν κινέαν εἰς τὴν ῥώμην ἀπέστειλε μετὰ χρυσίου πολλοῦ, καὶ κόσμου γυναικείου παντοδαποῦ, ἵνα εἰ καί τινες τῶν ἀνδρῶν ἀντίσχοιεν, ἀλλ᾽ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς κόσμοις ἀναπεισθεῖσαι, κἀκείνους συνδιαφθείρωσιν. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὴν πόλιν ὁ κινέας, οὐ προσῄει τῇ γερουσίᾳ, ἀλλὰ διῆγεν ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν σκηπτόμενος. περιφοιτῶν δὲ καὶ τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας, λόγοις τε σφᾶς καὶ δώροις ὑπήγετο· καὶ ἐπειδὴ πολλοὺς ᾠκειώσατο, εἰσῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ εἶπεν, ὡς πύῤῥος ὁ βασιλεὺς ἀπολογεῖται, ὅτι οὐχ᾽ ὡς πολεμήσων ὑμῖν ἧκεν, ἀλλ᾽ ὡς καταλλάξων ταραντίνους αὐτὸν ἱκετεύσαντας· ἀμέλει καὶ τοὺς ἁλόντας ὑμῶν, λύτρων ἀφῆκεν ἄτερ· καὶ δυνάμενος πορθῆσαι τὴν χώραν, καὶ τῇ πόλει προσβαλεῖν, ἀξιοῖ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς συμμάχοις ὑμῶν ἐγγραφῆναι, πολλὰ μὲν ὠφεληθήσεσθαι ἀφ᾽ ὑμῶν ἐλπίζων, πλείω δ᾽ ἔτι καὶ μείζω εὐεργετήσειν ὑμᾶς. ἐπὶ τούτοις οἱ πλείους τῶν βουλευτῶν ἠρέσκοντο διά τε τὰ δῶρα, καὶ διὰ τοὺς αἰχμαλώτους, οὐ μέν τοι καὶ ἀπεκρίναντο· ἀλλ᾽ ἀνεβάλλοντο ἐπὶ πλείους ἡμέρας ὅ,τι χρὴ πρᾶξαι, καὶ πολλὰ μὲν ἐλέγετο, ἐπεκράτει δὲ ὅμως σπείσασθαι· μαθὼν δὲ τοῦτο ἄππιος ὁ τυφλὸς, ἐκομίσθη ἐπὶ τὸ βουλευτήριον (ὑπὸ γὰρ τοῦ γήρους καὶ τοῦ πάθους οἰκουρῶν ἦν) καὶ εἶπε, μὴ συμφέρειν, τὰς πρὸς τὸν πύῤῥον συμβάσεις τῇ πολιτείᾳ. παρῄνεσε δὲ, καὶ αὐτίκα τὸν κινέαν ἐξελάσαι τῆς πόλεως, καὶ δι᾽ αὐτοῦ δηλῶσαι τῷ πύῤῥῳ εἰσαῦθις ἀναχωρήσαντα, ἐκεῖθεν ἐπικηρυκεύεσθαι περὶ εἰρήνης αὐτοῖς, ἢ καὶ περὶ ἑτέρου ὅτου δέοιτο· ταῦτα ὁ ἄππιος συνεβούλευσεν. ἡ δὲ γερουσία οὐκέτι ἐμέλλησεν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ὁμοθυμαδὸν ἐψηφίσαντο, αὐθημερὸν τὸν κινέαν ἔξω τῶν ὅρων ἐκπέμψαι, καὶ τῷ πύῤῥῳ πόλεμον ἀκήρυκτον, ἕως ἂν ἐν τῇ ἰταλίᾳ διάγῃ, ποιήσασθαι. τοῖς δ᾽ αἰχμαλώτοις ἀτιμίαν τινὰ ἐν ταῖς στρατείαις ἐπέθεσαν, καὶ οὔτε πρὸς τὸν πύῤῥον αὐτοῖς ἔτι ἐχρήσαντο, οὔτ᾽ ἄλλοσέ ποι ἀθρόοις, ἵνα μή τι ὁμοῦ ὄντες νεωτερίσωσιν, ἀλλ᾽ ἄλλους ἄλλῃ φρουρήσοντας ἔπεμψαν. ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι παρεσκευάζοντο ἄμφω. ἦρος δ᾽ ἤδη ἐφεστηκότος, ὁ πύῤῥος εἰς τὴν ἀπουλίαν ἐνέβαλλε, καὶ πολλὰ μὲν βίᾳ, πολλὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσεποιήσατο, μέχρις οὗ ῥωμαῖοι πρὸς ἄσκλῳ πόλει ὄντι αὐτῷ ἐπελθόντες, ἀντεστρατοπεδεύσαντο. ἐπὶ πλείους δ᾽ ἡμέρας διέτριψαν ὀκνοῦντες ἀλλήλους. οἱ μὲν γὰρ ῥωμαῖοι τοὺς προνενικηκότας οὐκ ἐθάῤῥουν, οἱ δὲ ὡς ἡττημένους ἐδεδίεσαν τοὺς ῥωμαίους· κἀν τούτῳ λογοποιούντων τινῶν, ὅτι ὁ δέκιος ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν κατὰ τὸν πατέρα, καὶ τὸν πάππον, ἡτοιμάζετο, καὶ τοὺς τοῦ πύῤῥου δεινῶς ἐκφοβούντων, ὡς ἐκ τοῦ θανάτου ἐκείνου πάντως ἀπολουμένους, συνήγαγε τοὺς στρατιώτας ὁ πύῤῥος, καὶ διελέχθη περὶ τούτου, συμβουλεύων μήτ᾽ ἀθυμεῖν, μήτ᾽ ἐκπλήττεσθαι τοιούτοις λόγοις· μήτε γὰρ ἕνα ἄνθρωπον δύνασθαι ἀποθνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μήτ᾽ ἐπῳδὴν ἢ μαγγανείαν τινὰ κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι. ταῦτ᾽ εἰπὼν, καὶ λογισμοῖς ἐπικρατύνας τοὺς λόγους ὁ πύῤῥος, τὸ οἰκεῖον ἐθάρσυνε στράτευμα·

καὶ

cur munera mihi largiris? Sin bonus, cur ea me accipere iubes? Scito aũt me abundare opibus, ſorte mea contentũ, neq; plura deſiderantem. Te uerò, etſi ditiſsimus es, extrema inopia laborare. nã neq; Epiro, neq; cæteris quæ habes relictis huc traieciſſes: ſi illis contentus, plura nõ deſiderares. His dictis, legati captiuis receptis abierunt. Pyrrhus aũt Cyneã cum multo auro & ornamẽtis muliebribus omnis generis Romã miſit: ut etſi ex uiris aliqui aduerſarentur, at uxores eorum ornamentis illectę uiros etiã corrumperent.

Cyneas Romam legatus, re infecta diſcedit.

Romã profectus Cyneas, nõ ſtatim ſenatũ adijt, ſed aliàs aliud cauſando moratus, potentũ ędes circũijt, eosq; & uerbis & muneribus ſibi cõciliauit. Cum iam multos ſibi deuinxiſſet, curiã ingreſſus, dixit: Pyrrhus rex ſe ueniſſe ait, nõ ut bellũ uobiſcũ gereret, ſed ut Tarẽtinos ſupplices ſibi factos reconciliaret. Præterea captiuos ſine precio uobis reſtituit: & cum agrum ueſtrũ uaſtare, & urbem oppugnare potuiſſet, ſe in numerum amicorum & ſociorum ueſtrorũ inſcribi petit. Iam quamuis ſibi uos multum cõmodaturos credit, plura ſe tamen & maiora in uos beneficia collaturũ exiſtimat. Hæc cum maximæ ſenatorũ parti ob largitiones & captiuos redditos placerent, tamen nullo reſponſo dato, plures dies in deliberando cõſumpſerunt: cumq; uaria dicerentur, ſententia de pace facienda uicit. Quo Appius excus cognito, in ſenatũ delatus (nam ob ætatẽ & cladem oculorũ domi ſe continere ſolebat) negauit è republica eſſe, ut pax cum Pyrrho fieret. & monuit, Cyneam ſtatim urbe pellendũ eſſe: per cumq; Pyrrho ſignificãdum, ut domum reuerſus, ſiue de pace, ſiue quid aliud uellet, legatos mitteret.

Appius Cæcus pacem impedit.

Hæc Appio locuto, ſenatus nihil cunctatus, ſtatim conſentientibus animis decreuit, Cyneam eodem die extra fines ablegandum: & Pyrrho, dum in Italia uerſaretur, bellũ irreconciliabile indicendum eſſe. Captiuos uerò, militari quadam ignominia notarunt, ijs neq; contra Pyrrhum uſi, neq; uſquam alibi uniuerſis, ne quid coniuncti nouarũ rerum molirentur, ſed alios in alia præſidia miſerunt. Per hyemem utrinq; ſe inſtruxerũt. Vere inſtante Pyrrhus impreſſione in Apuliã facta. multa ui, multa deditione occupauit: donec Romani ad Aſculum oppidum contra eum caſtra poſuerunt, ac dies complures mutuo metu quieuerũt. Nam Romani Epirotas ut uictores timebant, Epirotæ Romanos ut deſperatos. Interea cum nõnulli rumore ſparſo, Deciũ ad deuouendum ſemetipſum exemplo patris & aui paratũ eſſe, Epirotas perterrefacerent: ex illius enim obitu omnes perituros: Pyrrhus ſuos milites hortatus eſt, ne deſperarent, aut percellerentur huiuſmodi uerbis. neq; enim unius hominis obitu multos debellari poſſe: neq; incãtationem, aut pręſtigias ullas, plus quàm uiros & arma ualere. Quæ cum dixiſſet, & orationem ſuam rationibus approbaſſet, exercitum confirmauit.

Pyrrhus deuotionem Decij contemnẽdam eſſe monet.

inda-

indagatoq; habitu, quo Decij ſe deuouiſſent, monuit, ſi quem ita ornatū cernerent, ne eum occiderent, ſed uiuentē cōprehenderent. Decio uerò nunciari iuſsit, facinus illud ei nō ſucceſſurū: & ſi uiuus caperet, malè periturū eſſe minatus eſt. Ad quę Coſſ. reſponderunt, nulla re tali ſibi opus eſſe. Se enim alioqui omnino ſuperiores illo futuros. & cum profundum flumen caſtra mediū dirimeret, ſciſcitati ſunt, utrū ipſe impunè trāſire, ſe digreſsis, an ſibi trāſeundi poteſtatē dare mallet: ut equali pugna, utriſque copijs integris congreſsis, de fortitudine certū fieri iudiciū poſſet. Hanc optionem cum Romani Pyrrho terroris incutiendi cauſa dediſſent: ille multū elephantis fretus, eos flumē tranſire paſſus eſt. Romani uerò cùm alia pręparārunt, tum aduerſus elephantos ferratas haſtas, antennarū inſtar curribus inſertas, & undiq; eminentes pararunt, ut cùm alia tum ignē inde eiaculantes, belluas repellerent. Cum ad manus uentū eſſet, Romani Græcos ſerò quidem, ſed tandem pepulerunt, donec Pyrrhus elephantis in auxilium, non quà falcati currus ſtabant, ſed in alterā partem adductis, equitatum Romanum terrore belluarū ante cōgreſſum profligauit, ſed peditibus parum incōmodauit. Interea quidam Apuli Epirotarum caſtra aggreſsi, cauſa uictoriæ Romanis extiterunt. Nam cum Pyrrhus aliquot ex ijs qui pugnabant, contra eos miſiſſet, reliqui omnes turbati, & tentoria capta eſſe, & illos fugere opinati, inclinarunt, eorumq; multi cæſi ſunt: Pyrrus ipſe, & ex præcipuis complures uulnerati, ac poſt cùm ob commeatus, tum medicamentorum inopiam grauiter afflicti. Quamobrem Tarentum diſceſsit, antequam id Romani ſenſiſſent. Conſules, etſi flumen pugnandi cauſa tranſierunt, tamen cum audiſſent hoſtes omnes diſsipatos eſſe, in urbes Apuliæ hybernatum reuerſi, propter uulneratos milites, illos perſequi non potuerunt. Pyrrhus uerò cùm alia inſtruxit, tū milites & pecunias domo aduehi iuſsit. ſed cum Fabricium & * Pappum Coſſ. lectos in caſtra perueniſſe cognouiſſet, in ea ſententia nō permanſit. Nicias uerò quidam, qui fidus illi eſſe credebatur, ad Fabriciū ſe contulit, ſe Pyrrhum dolo interfecturum pollicens. Quod facinus indignè ferens Fabri-
» cius (uirtute enim & uiribus, nō dolo ſuperan-
» do hoſtes, quemadmodū Camillus cēſebat) inſidias Pyrrho indicauit. Qua re illū ita obſtupefecit, ut denuò Romanis captiuos gratis reſtitueret, & per legatos pacē peteret. Vt autē Romani de pace nihil reſpondebant, ſed eum tum quoque, cum Italia exceſsiſſet, de pace agere iubebāt, & urbes ei fœderatas infeſtabāt & expugnabāt: animi dubiū ea res erexit, q̀ à Syracuſanis quibuſdā (nā ex quo Agathocles deceſſerat, ſeditionib. agitabant) acceſſebat, & urbē & ſemetipſos illius fidei permittentib. Cōcepta em̄ ſpe totius Siciliæ potiūdæ, Milonem ad Tarentū, cæteraq; tutanda in Italia reliquit:

Pyrrhus à Romanis profligatur.

Pyrrhus Siciliā nō diu tenet.

καὶ πολυπραγμονήσας τὴν στολὴν ᾗ ἐχρήσαντο οἱ Δέκιοι ἐπιδιδόντες ἑαυτούς, παρήγγελλε τοῖς οἰκείοις, ἄν τινα οὕτως ἀνεσκευασμένον ἴδωσι, μὴ κτεῖναι αὐτόν, ἀλλὰ ζωὸν συλλαβεῖν· τῷ δὲ Δεκίῳ πέμψας ἔφη, οὔτε προχωρήσειν αὐτῷ τοῦτο πρᾶξαι θελήσαντι, καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἠπείλησε. πρὸς ἃ τῶν ὑπάτων ἀπεκρίναντο, μηδενὸς τοιούτου σφᾶς ἔργου δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν. ποταμοῦ δὲ διὰ μέσου τῶν στρατοπέδων οὐκ εὐδιαβάτου ῥέοντος, ἤροντο, πότερον αὐτὸς περαιωθῆναι βούλεται ἀδεῶς, αὐτῶν ἀναχωρησάντων, ἢ ἐκείνοις ἐπιτρέψαι τοῦτο ποιῆσαι, ἵν' ἐξ ἀντιπάλου μάχης ἀκραιφνῶν τῶν δυνάμεων εἰς χεῖρας ἐλθουσῶν, ὁ τῆς ἀνδρείας ἔλεγχος γένοιτο ἀκριβής. οἱ μὲν οὖν ῥωμαῖοι πρὸς κατάπληξιν τὸν λόγον ἐποίησαν. ὁ δὲ πύῤῥος αὐτοῖς ἀφῆκε διαβῆναι τὸν ποταμόν, μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς ἐλέφασιν· οἱ δὲ ῥωμαῖοι τά τε ἄλλα παρεσκευάσαντο, καὶ πρὸς τοὺς ἐλέφαντας κεραίας ἐφ' ἁμαξῶν σεσιδηρωμένας καὶ πανταχόθεν προεχούσας ἡτοίμασαν, ἵνα τοξεύοντες ἀπ' αὐτῶν ἄλλα τε καὶ πῦρ, ἐμποδὼν σφίσι γίνωνται. προσμίξαντες δὲ χρόνῳ μὲν οἱ ῥωμαῖοι τοὺς ἕλληνας, ἐώσαντο δ' οὖν, μέχρις ὁ πύῤῥος τοῖς ἐλέφασιν οὐ κατὰ τὰς ἁμάξας, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα προσβοηθήσας αὐτοῖς τὴν ἵππον σφῶν καὶ πρὶν προσμῖξαι φόβῳ τῶν θηρίων ἐτρέψατο, τῶν μέντοι πεζῶν οὐδὲν μέγα ἐλυμήνατο· κἀν τούτῳ τῶν ἀπούλων τινὲς ἐπὶ τὸ τῶν ἠπειρωτῶν ὡρμηκότες στρατόπεδον, τῆς νίκης αἴτιοι τοῖς ῥωμαίοις ἐγένοντο. τινὰς γὰρ τῶν μαχομένων ἐπ' αὐτοὺς τοῦ πύῤῥου πέμψαντος, πάντες οἱ λοιποὶ ἐταράχθησαν, καὶ τάς τε σκηνὰς ἑαλωκέναι, καὶ ἐκείνους φεύγειν ὑποτοπήσαντες, ἐνέδοσαν, καὶ συχνοὶ αὐτῶν ἔπεσον· ὅ τε πύῤῥος, καὶ ἄλλοι τῶν ἐν τέλει πολλοὶ ἐτρώθησαν, καὶ μετὰ ταῦτα διά τε τὴν τῆς τροφῆς καὶ τὴν τῶν ἐπιτηδείων πρὸς ἄκεσιν ἀπορίαν, σφόδρα ἐκακώθησαν. ὅθεν ἀπῆρεν εἰς τάραντα, πρὶν τοὺς ῥωμαίους αἰσθέσθαι. οἱ δὲ ὕπατοι διέβησαν μὲν τὸν ποταμὸν ἐπὶ μάχῃ· ὡς δὲ πάντας διεσκεδάσθαι ἐπύθοντο, εἰς τὰς οἰκείας ἀνεχώρησαν πόλεις. ἐπιδιῶξαι γὰρ διὰ τοὺς σφετέρους τραυματίας οὐκ ἠδυνήθησαν. εἶτα οἱ μὲν εἰς τὴν ἀπουλίαν ἐχείμασαν, ὁ δὲ πύῤῥος τά τε ἄλλα ἡτοιμάζετο, καὶ οἴκοθεν στρατιώτας καὶ χρήματα μετεπέμψατο· μαθὼν δὲ τὸν φαβρίκιον καὶ τὸν πάππον ὑπάτους ᾑρημένους, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἀφιγμένους, οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινε γνώμης. ἤδη δὲ τῶν ἐχθρῶν ὑπάτων ἐν τῷ στρατεύματι ὄντων, νικίας τις τῶν πύῤῥῳ πιστῶν δοκούντων, ἦλθε πρὸς τὸν φαβρίκιον, καὶ ὑπέσχετο αὐτῷ τὸν πύῤῥον δολοφονήσειν. δυσχεράνας οὖν ἐπὶ τούτῳ ἐκεῖνος (ἀρετῇ γὰρ καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἠξίου τῶν πολεμίων κρατεῖν, ὡς ὁ κάμιλλος) κατεμήνυσε τῷ πύῤῥῳ τὸ ἐπιβούλευμα. καὶ οὗτος αὐτὸν ἐκ τούτου κατεπλάγη, ὥστε καὶ τοὺς ἑαλωκότας τῶν ῥωμαίων προῖκα αὖθις ἀφεῖναι, καὶ πρέσβεις πάλιν ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστεῖλαι. ἐπεὶ δὲ οἱ ῥωμαῖοι περὶ τῆς εἰρήνης οὐδὲν ἐπεκλίναντο, ἀλλὰ καὶ τότε ἀπαίρειν τῆς ἰταλίας ἐκέλευον, καὶ οὕτως αὐτοῖς διακηρυκεύεσθαι, καὶ τὰς συμμαχίδας αὐτῶν πόλεις κατέτρεχόν τε καὶ ᾕρουν, ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένετο, πρὶν δὴ συρακουσίων τινὲς (ἐτύγχανον δέ, ἐξ οὗ ἀγαθοκλῆς ἐτελεύτησε, στασιάζοντες) ἐπεκαλέσαντο αὐτόν, παραδιδόντες οἱ καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν· ἀναπνεύσας γὰρ ἐπὶ τούτῳ, καὶ προσελπίσας πᾶσαν τὴν σικελίαν καταστρέψασθαι, τὸν μὲν μίλωνα ἐν ἰταλίᾳ κατέλιπεν,

λιπὼν, ἐν φυλακῇ τόν τε Τάραντα καὶ τὰ ἄλλα ποιούμενον· αὐτὸς δὲ ὡς διὰ βραχέος ἐπανήξων ἀπέπλευσε, καὶ τῶν Συρακουσίων δεξαμένων αὐτὸν, καὶ πάντα αὐτῷ ἀναθεμένων, μέγας ἐν βραχεῖ αὖθις ἐγένετο, ὥστε τοὺς Καρχηδονίους φοβηθέντας μισθοφόρους ἐκ τῆς Ἰταλίας προσλαβεῖν. ἀλλὰ ταχὺ πρὸς τοὐναντίον αὐτῷ περιέστη τὰ πράγματα, διά τε πολλοὺς τῶν ἐν τέλει τοὺς μὲν ἐξελάσαι, τοὺς δὲ διαφθεῖραι ὑποπτευομένους αὐτῷ. οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι ἰδόντες αὐτὸν μήτε ταῖς οἰκείαις δυνάμεσιν ἐρρωμένον, μήτε τοὺς ἐγχωρίους δι' εὐνοίας ἔχοντα, τοῦ πολέμου προθύμως ἀντελάβοντο, καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν Συρακουσίων δεχόμενοι, δεινὰ αὐτὸν εἰργάσαντο, ὥστε μὴ τὰς Συρακούσας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Σικελίαν ἐκλιπεῖν. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ πυθόμενοι, ἀνεθάρσησαν, καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν ἐπικαλεσαμένων αὐτὸν ἐτράπησαν· καὶ τοὺς Ταραντίνους εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερθέμενοι, ἐσέβαλον εἰς τὸ Σάμνιον μετὰ ὑπάτων τοῦ Ῥουφίνου καὶ τοῦ Ἰουνίου, καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθουν, καὶ τείχη τινὰ ἐκλειφθέντα ἔλαβον. οἱ γὰρ Σαμνῖται εἰς τὰ ὄρη τὰ Κρανιτὰ λεγόμενα, ὅτι κρανείαν πολλὴν ἔχουσι, τά τε φίλτατα καὶ τὰ τιμιώτατα ἀνεκόμισαν. καταφρονήσαντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι, ἐς τὰ εἰρημένα ὄρη ἀναβῆναι ἐτόλμησαν. λασίων οὖν αὐτῶν, καὶ δυσπροσβάτων ὄντων, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ ἑάλωσαν. οἱ δ' ὕπατοι οὐκέτι κοινῇ τὸν πόλεμον ἐποιήσαντο, ἀλλήλους αἰτιώμενοι διὰ τὸ ἀτύχημα, ἀλλ' Ἰούνιος μὲν ἐδῄου μέρος τι τῆς Σαμνίτιδος, Ῥουφῖνος δὲ Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους ἐλυμήνατο, καὶ ἐπὶ Κρότωνα ὥρμησεν ἀποστάντα Ῥωμαίων, μετακεκλημένων αὐτὸν τῶν ἐπιτηδείων, φθασάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἐπαγαγέσθαι παρὰ τοῦ Μίλωνος φρουρὰν, ἧς ἦρχε Νικόμαχος. ἀγνοήσας οὖν τοῦτο, καὶ ἀμελῶς τοῖς τείχεσι προσιὼν ὡς πρὸς φίλους, ἔπταισεν, ἐξαίφνης ἐπεκδραμόντων αὐτῷ. εἶτά τι ἐπινοήσας στρατήγημα, τὴν πόλιν εἷλε. δύο γὰρ ἄνδρας ψευδαυτομόλους αἰχμαλώτους ἐς τὸν Κρότωνα ἔπεμψε· τὸν μὲν εὐθὺς λέγοντα, ὅτι ἀπεγνωκὼς τὴν ἅλωσιν αὐτῶν, ἐς τὴν Λοκρίδα προδιδομένην αὐτῷ μέλλει ἀπαίρειν· τὸν δ' ἕτερον μετὰ τοῦτον, ὡς ἐν ὁδῷ ἤδη διαβεβαιούμενον. καὶ γὰρ ἵνα πίστιν ἔχῃ λόγος, συνεσκευάσατο καὶ προσεποιεῖτο ἐπείγεσθαι. ὁ γοῦν Νικόμαχος πιστεύσας τούτοις (καὶ οἱ κατάσκοποι γὰρ τὰ αὐτὰ ἀπήγγελλον) τὸν Κρότωνα λιπὼν, ἐς τοὺς Λοκροὺς ἠπείγετο σπουδῇ διὰ συντομωτέρας ὁδοῦ. καὶ ἐν τῇ Λοκρίδι γενομένου αὐτοῦ, ὁ Ῥουφῖνος ὑπέστρεψε πρὸς τὸν Κρότωνα, καὶ λαθὼν διά τε τὸ ἀπροσδόκητον, καὶ δι' ὁμίχλην τότε συμβᾶσαν, εἷλε τὴν πόλιν. μαθὼν δὲ τοῦτο Νικόμαχος, ἀπῄει εἰς Τάραντα· καὶ ἐν ὁδῷ τῷ Ῥουφίνῳ περιπεσὼν, πολλοὺς ἀπέβαλε, καὶ οἱ Λοκροὶ τοῖς Ῥωμαίοις προσεχώρησαν. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Ῥωμαῖοι ἐστράτευσαν εἰς τὸ Σάμνιον, καὶ ἐς Λευκανίδα, καὶ Βρεττίους ἐπολέμησαν. ὁ δὲ Πύρρος τῆς Σικελίας ἐκπεσὼν, καὶ ἐπανελθὼν ἐς Ἰταλίαν, δεινῶς αὐτοὺς ἐλύπει, καὶ τοὺς μὲν Λοκροὺς ἐκομίσατο (τὴν γὰρ φρουρὰν τῶν Ῥωμαίων ἀποκτείναντες μετέστησαν) ὑπὸ δὲ τὸ Ῥήγιον στρατεύσας ἀπεκρούσθη, καὶ αὐτὸς ἐτρώθη, καὶ πλείστους ἀπέβαλε. μεταστὰς δὲ εἰς τὴν Λοκρίδα, καὶ τῶν αὐτῷ ἐναντία φρονησάντων δημιώσας τινὰς, παρὰ τῶν λοιπῶν σῖτον καὶ χρήματα ἔλαβε, καὶ εἰς Τάραντα ἀνεκομίσθη. κακῶς δὲ πάσχοντες ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ Σαμνῖται, ἐξεκαλέσαντο αὐτὸν ἐπικουρίαν. ἐλθὼν δὲ εἰς συμμαχίαν αὐτῶν, ἐτράπη. τρωθέντος τοῦ πώλου ἐλέφαντος, καὶ ἐκ-

liquit: ipſe, ut breui reuerſurus, diſceſsit. Et à Syracuſanis exceptus, ſumma rerũ ipſi permiſſa, rurſus breui ſpacio temporis tantus euaſit, ut Carthaginenſes illius metu ex Italia militẽ conducerent. Sed celeriter ea fortuna mutata eſt in contrarium: quòd multos ex primoribus ſibi ſuſpectos partim pellebat, partim necabat. Carthaginenſes enim, cum eum nec priuatis uiribus ualere, neq; popularium habere ſtudia cernerent, bellum ſtrenuè adminiſtrarunt: eumq; Syracuſanorum exulibus ſuſcipiẽdis, malè tractarunt. Vnde non Syracuſas dũtaxat, ſed totã Siciliã deſeruit. Romani uerò per eius abſentiã cõfirmatis animis, ad ultionẽ eorũ, à quibus accerſitus fuerat, conuerſi, Tarentinorũ uindicta in aliud tẽpus dilata, Rufini & Iunij Coss. ductu & auſpicijs Samnium inuaſerũt: agrisq; uaſtatis, caſtella quædam ab incolis deſerta occuparunt.

Romani Samnites oppugnãt.

Samnites enim in montes Cranitas, qui à coruorũ frequentia ſic dicuntur, chariſsima pignora, & precioſiſsima quæq; contulerunt. Romanis igitur per contemptũ eos montes conſcendere auſis, aſperos atq; arduos, multi occubuerunt, multi capti ſunt. Eius cladis culpam Conſules alter in alterum conſerentes, de communi ſententia bellum gerere deſtiterunt. ac Iunius partem Samniticæ ditionis uaſtauit: Rufinus Lucanos & Brutios afflixit: & ad Crotonem recuperandam profectus eſt, quæ defecerat à Romanis, accerſitus à familiaribus ſuis.

Rufinus Crotone & Locris potitur.

Sed cæteri ante aduentũ eius, præſidiũ, cui Nicomachus præerat, à Milone accerſiuerãt. Cuius rei ignarus, cum, ut ad amicorũ mœnia negligentius acceſsiſſet, ſubita hoſtiũ eruptione cladẽ accepit: deinde arte quadã urbe potitus eſt. Duos enim captiuos, transfugarum titulo Crotonẽ miſit: quorũ alter diceret, eum deſperata urbis expugnatione Locridẽ, quò à proditoribus uocetur, diſceſſurum: alter deinde affirmaret, eum iam in itinere eſſe. Quæ oratio ut eſſet probabilior, ſarcinis collectis ſe properare ſimulauit. Id Nicomachus uerum eſſe ratus (nam ſpeculatores idẽ renunciabãt) Crotone deſerta, per uiã breuiorẽ celeriter Locros contendit. Quò cum perueniſſet, Rufinus cõuerſo ad Crotonẽ itinere, animaduertẽte nemine, quod & præter expectationẽ aderat, & nebula conſpectũ eripuerat, urbẽ cępit. Quo Rufinus cognito, Tarentũ rediturus, cum in itinere in Rufinũ incidiſſet, multos amiſit: Locri ad Romanos ſe cõtulerunt. Sequẽte anno Romanis, expeditione cõtra Samniũ & Leucadẽ ſuſcepta, belloq; Brutios adortis, Pyrrhus Sicilia expulſus, & in Italiam reuerſus, permoleſtus fuit. Locros, qui Romano præſidio cæſo defecerant, recepit: ſed à Rhegij oppugnatione repulſus, & ipſe uulneratus eſt, & multos milites amiſit. Inde in Locridem profectus, & quibuſdam aduerſæ factionis multatis, frumentoq; & pecunia à cæteris acceptis, Tarentum rediit. À Samnitibus, quos Romani grauiter urgebant, in auxilium euocatus, in fugam uerſus eſt. Nam cum pullus elephanti uulneratus,

Pyrrhus in Samnio uincitur.

ſeſſoribus excuſsis, matrem paſsim quæreret, eaq́ perturbata etiam cæteri elephanti concitati eſſent, ſine diſcrimine permiſta ſunt omnia: ſed tandem Romani multis occiſis, & VIII elephantis captis, caſtris etiam potiti, uicerunt. Pyrrhus uerò cum paucis equitibus Tarentum refugit, atque inde in Epirum nauigauit, ut rediturus, Milone cum præſidio Tarenti relicto: dataq́ ſella, quæ loris è Niciæ ob proditionem occiſi pelle conſtricta erat. Ac Niciam quidem ita ultus eſt. Tarentinos autem aliquot adoleſcentes ob dicteria quædam puniturus, rogauit, cur ea petulantia uſi eſſent? Qui cum reſpondiſſent, ſe longè plura & acerbiora in eum fuiſſe dicturos, niſi uinum defeciſſet: eos cum riſu dimiſit. Pyrrhus igitur illuſtriſsimus imperator, qui multum terroris Romanis iniecit, quinto anno relicta Italia, & in Græciam expeditione ſuſcepta, *Pyrrhi interitus.* non multo pòſt Argis periit. Mulier enim quędam, ut fertur, eum prætereuntem uidere cupiens, è ſuperiore loco delapſa, occidit. Eodem anno Fabricius & Pappus cenſores facti, cùm alios equites & ſenatores, tum Rufinũ, quamuis dictatorium, atque iterum conſularem, notarunt, *Decem pondo argenti cenſoria nota caſtigata.* quòd decem pondo argentea uaſa habebat. Ita Romani paupertatem non in parum habendo, ſed in multum concupiſcendo poſitam eſſe crediderunt. eaq́ de cauſa magiſtratibus & alijs ob Rempublicam peregrè abeuntibus, uiaticum & anulus è publico dabatur. *Tarentina ſeditio.* Tarentini quidam Milonem, á quo malè accepti fuerant, Nicone duce aggreſsi, cum nihil profeciſſent, caſtello quodam ſuæ ditionis occupato, eum infeſtarunt. Et cum didiciſſent, Romanos contra ſe bellum moliri, legatis Romam miſsis, pacem impetrarunt. *Ptolemaeus Philadelphus fit populi Romani amicus.* Ptolemæus item Philadelphus, Aegypti rex, Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis cognitis, & munera eis miſit, & amicitiam pepigit. Quo Romani delectati, uiciſsim legatos ad illum miſerunt: qui magnificè ab illo donati, munera in ærarium referre uoluerunt, ſed ea ſenatus non admiſſa ipſos habere iuſsit. Poſt *Samnites domiti.* hæc Samnites per Caruilium ſubegerunt, Lucanos & Brutios per Papyrium uicerunt. Idem Papyrius etiam Tarentinos domuit. Qui cum Milonem ægrè paterentur, & à ſuis, Miloni, ut dictum eſt, infeſtis urgerentur: Carthaginenſium opem implorarunt, Pyrrhi cognito *Tarenti & Rhegij expugnatio.* interitu. At Milo in anguſtias redactus, Romanis terra, Carthaginenſibus mari prementibus: arcem Papyrio ea conditione tradidit, ut ſibi cum pecunijs & militibus incolumi diſcedere liceret. Inde Carthaginenſes, ut Romanis fœderati, receſſerunt: urbs Papyrio deditionem fecit, armis & nauibus traditis, murisq́ dirutis, & tributo impoſito. Tarentinis ſubactis, Romani Rhegium inuaſerunt: quòd Crotonem proditione captam euertiſſent, &

Romanos

καὶ ἀποσεισαμένου τοὺς ἀναβάτας, περιπλανωμένου τε κατὰ ζήτησιν τῆς μητρός, κἀκείνης ὑπὸ τούτου ταραχθείσης, καὶ τῶν ἄλλων ἐλεφάντων θορυβηθέντων, φυρδὴν ἀνεμίχθησαν ἅπαντα. τέλος δὲ οἱ ῥωμαῖοι ἐπεκράτησαν, συχνοὺς ἀποκτείναντες, καὶ ὀκτὼ ἑλόντες ἐλέφαντας, καὶ τὸ χαράκωμα κατέσχον αὐτῶν. ὁ δὲ πύῤῥος σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι διέφυγεν εἰς τὸν τάραντα, κἀκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἤπειρον ἀπέπλευσεν, ὡς αὖθις ἐπανήξων, τὸν μίλωνα μετὰ φρουρᾶς εἰς τάραντα καταλείψας, δοὺς αὐτοῖς δίφρον ἱμᾶσιν ἐκ τοῦ δέρματος τοῦ νικίου ἐνδεδεμένον, ὃν ὑπὸ τῇ προδοσίᾳ ἀπέκτεινεν. τὸν μὲν οὖν νικίαν οὕτως ἐτιμωρήσατο. νεανίσκους δέ τινας ἐν συμποσίῳ σκώψαντας αὐτόν, τιμωρήσασθαι ἔμελλεν. ἐρωτήσας δ᾽ αὐτούς, διὰ τί ἐσκώπτον; εἶτα ἀπεκρίθησαν, ὅτι πολὺ πλείω καὶ χαλεπώτερα εἰρήκαμεν ἄν, εἰ μὴ ὁ οἶνος ἡμᾶς ὑπελελοίπει, γελάσας ἀφῆκεν αὐτούς. πύῤῥος μὲν οὖν ἐπιφανέστατος ἐν στρατηγοῖς γενόμενος, καὶ φόβον πολὺν τοῖς ῥωμαίοις ἐμβαλών, καὶ πέμπτῳ ἔτει τὴν ἰταλίαν λιπών, καὶ ἐπὶ τὴν ἑλλάδα στρατεύσας, οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν ἄργει ἀπέθανε. γυνὴ γάρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παριόντα αὐτὸν ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπιθυμήσασα ἐσφάλη, καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει, ὅ τε φαβρίκιος καὶ ὁ πάππος ἐτιμήτευσαν, καὶ ἄλλους τε τῶν ἱππέων ἀπήλειψαν, καὶ τῶν βουλευτῶν, καὶ τὸν ῥουφῖνον καίπερ δικτατορεύσαντα, καὶ δὶς ὑπατεύσαντα. αἴτιον δ᾽ ὅτι σκεύη ἀργυρᾶ λιτρῶν δέκα εἶχεν· οὕτως οἱ ῥωμαῖοι πενίαν οὐ τὸ μὴ πολλὰ κεκτῆσθαι, ἀλλὰ τὸ πολλῶν δεῖσθαι, ἐνόμιζον. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἄρχουσι τοῖς ἐκδημοῦσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατά τι πρᾶγμα τῶν κοινῶν διαφέρον ἀξιοῦσι, τά τε ἄλλα τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δακτύλιος ἐκ τοῦ δημοσίου ἐδίδοτο. τῶν ταραντίνων δέ τινες κακωθέντες ὑπὸ τοῦ μίλωνος, ἐπέθεντο αὐτῷ νίκωνα προστησάμενοι. ὡς δ᾽ οὐδὲν ἤνυσαν, τεῖχός τι τῆς σφετέρας χώρας κατέσχον, κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῷ μίλωνι ἐπετίθεντο. ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς ῥωμαίους πολεμῆσαι σφίσι βουλομένους, πρέσβεις εἰς τὴν ῥώμην ἔστειλαν, καὶ εἰρήνης ἔτυχον. καὶ πτολεμαῖος δὲ ὁ φιλάδελφος ὁ τῆς αἰγύπτου βασιλεύς, τόν τε πύῤῥον κακῶς ἀπαλλαχθέντα μαθών, καὶ τοὺς ῥωμαίους αὐξανομένους, δῶρά τε αὐτοῖς ἔπεμψε, καὶ ὁμολογίαν ἐποιήσατο. καὶ οἱ ῥωμαῖοι ὑπὸ τούτῳ ἡσθέντες, πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀντεπέστειλαν, οἳ μεγαλοπρεπῆ δῶρα παρ᾽ ἐκείνου λαβόντες, εἰς τὸ δημόσιον ταῦτα εἰσῆγον. ἡ δὲ βουλὴ οὐ προσήκατο, ἀλλ᾽ εἴασεν αὐτοὺς ταῦτα ἔχειν. μετὰ δὲ ταῦτα τούς τε σαμνίτας διὰ καρουϊλίου ὑπέταξαν, καὶ λευκανῶν καὶ βρεττίων διὰ παπειρίου ἐκράτησαν. καὶ τοὺς ταραντίνους ὁ αὐτὸς παπείριος ἐχειρώσατο. ἀχθόμενοι γὰρ τῷ μίλωνι, καὶ πρὸς τῶν σφετέρων κακούμενοι, τῶν, ὡς εἴρηται, ἐπιθεμένων τῷ μίλωνι, καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο, ἐπεὶ καὶ τὸν πύῤῥον τεθνάναι ἐμάθον. ὁ δὲ μίλων ἐν στενῷ ἑαυτῷ τὰ πράγματα συνεστηγμένα ὁρῶν, τῶν ῥωμαίων ἐκ τῆς ἠπείρου ἐφεδρευόντων, τῶν δέ γε καρχηδονίων ἐκ τῆς θαλάσσης, τὴν ἀκρόπολιν τῷ παπειρίῳ παρέδωκεν, ἐφ᾽ ᾧ ἀβλαβὴς μετὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν χρημάτων ἀποχωρῆσαι. κἀντεῦθεν οἱ μὲν καρχηδόνιοι, ὡς σπένδοντες τοῖς ῥωμαίοις, ἀπέπλευσαν. ἡ δὲ πόλις προσεχώρησε τῷ παπειρίῳ, καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰς ναῦς αὐτῷ παρέδωκαν, καὶ τὰ τείχη καθεῖλον, καὶ δασμοφορεῖν ὡμολόγησαν. οὕτω δὲ τοὺς ταραντίνους ὑφ᾽ ἑαυτοῖς οἱ ῥωμαῖοι πεποιημένοι, ἐξεστράτευσαν πρὸς τὸ ῥήγιον, ὅτι τὴν κρότωνα προδοσίᾳ λαβόντες, τήν τε πόλιν κατέσκαψαν, καὶ

αὖ ἐν

τοὺς ἐν αὐτῇ ῥωμαίους διέφθειραν. τοὺς μὲν οὖν μαμερτίνους τοὺς τὴν μεσσήνην ἔχοντας, οὓς συμμάχους οἱ ἐν ῥηγίῳ προσεδέχοντο, ὁμολογίᾳ προσεδήσαντο. ἐκακοπάθησαν δὲ πολιορκοῦντες τὸ ῥήγιον σπάνει τε τροφῆς, καὶ ἄλλοις τισίν, ἕως ἱέρων ἐκ σικελίας σῖτόν τε ῥωμαίοις πέμψας, καὶ στρατιώτας, ἐπέρρωσε σφᾶς, καὶ τὴν πόλιν συνεῖλεν. ἣ τοῖς περιοῦσι τῶν ἀρχαίων πολιτῶν ἀπεδόθη, οἱ δ' ἐπιβουλεύσαντες αὐτῇ ἐκολάσθησαν. ὁ δέ γε ἱέρων οὔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινά, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, σικελίας ἁπάσης ἦρξε μικροῦ, καὶ φίλος ῥωμαίοις ἐνομίσθη, καὶ σύμμαχος. οὗτος οὖν τῶν συρακουσίων κρατήσας, μετὰ τὴν τοῦ πύρρου φυγήν, καὶ τοὺς καρχηδονίους εὐλαβηθεὶς ἐγκειμένους τῇ σικελίᾳ, πρὸς τοὺς ῥωμαίους ἀπέκλινε, καὶ πρώτην χάριν αὐτοῖς τὴν εἰρημένην συμμαχίαν, καὶ τὴν σιτοπομπίαν ἀπήνεγκε. μετὰ ταῦτα δὲ χειμῶνος γεγονότος πολλοῦ, ὥς τε τὸν τίβεριν εἰς πολὺ τοῦ βάθους κρυσταλλωθῆναι, καὶ αὐανθῆναι τὰ δένδρα, οἱ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐταλαιπώρησαν, καὶ τὰ βοσκήματα τῆς πόας ἐπιλειπούσης ἐφθάρησαν. τῷ δ' ἐξῆς ἔτει λόλλιός τις ἀνὴρ σαυνίτης ὁμηρεύων ἐν ῥώμῃ, καὶ ἐκδράς, δύναμιν συνελέξατο, καὶ καρτερὸν χωρίον τι ἐν τῇ οἰκείᾳ καταλαβών, ἐλῄστευεν. ἐφ' ὃν κόϊντός τε γάλλος καὶ γάϊος φάβιος στρατεύσαντες, αὐτὸν μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ σύγκλυδας καὶ ἀόπλους τοὺς πλείονας ὄντας συνέσχον. χωρήσαντες δ' ἐπὶ καρικίνους, παρ' οἷς τὴν λείαν ἐκεῖνοι ἀπετίθεντο, πράγματα ἔσχον, καὶ τέλος νυκτὸς ὑπ' αὐτομόλων, ὑπερβάντες τοῦ τείχους, ἐκινδύνευσαν ἀπολέσθαι διὰ σκότος, οὐχ ὡς ἀσελήνου τῆς νυκτὸς οὔσης, ἀλλ' ὅτι σφοδρότατα ἔνειφεν· ἐκφανείσης δὲ τῆς σελήνης, ἀθρόον ἐκράτησαν τοῦ χωρίου. πολλὰ δὲ χρήματα τότε τῇ ῥώμῃ ἐγένοντο, ὥς τε καὶ ἀργυραῖς δραχμαῖς χρήσασθαι. εἶτα εἰς τὴν νῦν καλουμένην καλαβρίαν ἐστράτευσαν, προφάσει μέν, ὅτι τὸν πύρρον ὑπεδέξαντο, καὶ τὴν συμμαχίδα κατέτρεχον· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὅτι ἐβούλοντο οἰκειώσασθαι τὸ βρεντέσιον, ὡς εὐλίμενον, καὶ προσβολὴν καὶ κατάρσιν ἐκ τῆς ἰλλυρίδος καὶ τῆς ἑλλάδος τοιαύτην ἔχον, ὥσθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος καὶ ἐξανάγεσθαί τινας, καὶ καταίρειν. καὶ εἷλον αὐτό, καὶ ἀποίκους ἔπεμψαν ἐς αὐτό τε, καὶ ἐς ἕτερα. ταῦτα δὲ διανύοντες, καὶ ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι, οὐχ ὑπερεφρόνουν· ἀλλὰ κόϊντον φάβιον βουλευτὴν ἀπολλωνιάταις τοῖς ἐν τῷ ἰονίῳ κόλπῳ ἐξέδωκαν, ὅτι πρέσβεις αὐτῶν ὕβρισεν. οἱ δὲ λαβόντες αὐτόν, ἀπέπεμψαν οἴκαδε ἀπαθῆ. ἐπὶ δὲ κοΐντου φαβίου καὶ αἰμιλίου ὑπάτων, πρὸς οὐλσινίους ἐστράτευσαν ἐπ' ἐλευθερίᾳ αὐτῶν. ἔνσπονδοι γὰρ ἦσαν αὐτοῖς, οἱ ἀρχαιότατοι τῶν τυρσηνῶν ὄντες, ἰσχύν τε περιεποιήσαντο, καὶ τεῖχος κατεσκεύασαν ὀχυρώτατον, πολιτείᾳ τε εὐνομουμένῃ ἐκέχρηντο, καὶ διὰ τοῦτο πολεμοῦντες ποτὲ τοῖς ῥωμαίοις ἐπὶ πλεῖστον ἀντέσχον. ὡς δ' ἐχειρώθησαν, αὐτοὶ μὲν ἐξώκειλαν εἰς ἁβρότητα, τὴν δὲ διοίκησιν τῆς πόλεως τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεψαν, καὶ τὰς στρατείας δι' ἐκείνων ὡς τὸ πολὺ ἐποιοῦντο. καὶ τέλος ἐς τοσοῦτο προήγαγον σφᾶς, ὡς καὶ δύναμιν τοὺς οἰκέτας καὶ φρόνημα ἔχειν, καὶ ἐλευθερίας ἑαυτοὺς ἀξιοῦν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ ἔτυχον ταύτης δι' ἑαυτῶν, καὶ τὰς σφῶν δεσποίνας ἠγάγοντο, καὶ τοὺς δεσπότας διεδέχοντο, καὶ ἐς τὴν βουλὴν ἐνεγράφοντο, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐλάμβανον, καὶ αὐτοὶ τὸ σύμπαν κῦρος εἶχον, καὶ τά τε ἄλλα· καὶ τὰς ὕβρεις τὰς

ὑπὸ τῶν

Romanos in urbe deprehenſos occidiſſent: Mamertinos Meſſanæ habitatores, á Rheginis ad belli ſocietatem euocatos, pactione obſtrinxerunt. Sed dum Rhegium obſident, & cibariorum penuria & alijs incommodis ſunt conflictati: donec ab Hierone frumento & milite adiuti, urbem expugnatam, ueterum ciuium reliquijs reddiderunt: de ijs qui eam per inſidias oppreſſerāt, ſupplicium ſumptum eſt. At Hieron neque patrio genere nobilis, & matre ancilla natus, toti pené Siciliæ imperauit, Romanorū amicus & ſocius appellatus. Qui cum poſt Pyrrhi fugam Syracuſis potitus, Carthaginenſes inſulæ imminentes formidaret, ad Romanos inclinauit, eosq; primo illo beneficio frumenti & auxiliorum demeruit.

Hieron Siciliæ rex.

Poſt hęc ſæuiſsima hyeme Tyberis in magnam altitudinem conglaciauit, arbores aruerunt, Romani afflicti ſunt, iumenta ex pabuli inopia perierunt.

Hyems ſterilitatis cauſa.

Anno ſequente Lollius Samnis Romæ obſes, fuga elapſus: manuq; facta, & munito ſuæ regionis caſtello occupato, latrocinium exercuit. Eum cum ſuis, qui conuenæ erant, & inermes maiori ex parte, Q. Gallus & C. Fabius comprehenderunt. Sed Caricinorum oppugnatio, apud quos prædam repoſuerant, difficilis fuit. Denique uerò transfugarum opera, noctu ſuperato muro, in tenebris pené cæſi fuiſſent, non ob noctem illunem, ſed propter niuium procellas. Cum autem luna illuxiſſet, ſubitò caſtellum expugnarunt.

Lollius Samnis.

Caricinum caſtellum.

Eo tēpore auctis opibus, Romani drachmas argenteas uſurpare cœperunt.

Argentea moneta.

Deinde Calabriæ arma intulerūt: id crimini dantes, quòd Pyrrhum recepiſſent, & ſocios infeſtaſſent: ſed reuera ob eam cauſam, ut Brunduſium ſubigerent, propter portuum commoditatem, & facilem in Illyriam & Græciam traiectum. Eodem enim uento ſpirante, ex eo portu & ſoluere, & in eundē appellere licebat. Voti compotes facti, colonos non modò Brunduſium, ſed & in alia loca miſerunt.

Brunduſium colonia Romanorum facta.

Quæ cum perfeciſſent, & altius aſcenderent, non ſunt elati: ſed Q. Fabium ſenatorem, ob contumeliam legatis factam, Apolloniatibus, qui in ſinu Ionio habitant, dediderunt: quem illi acceptum, incolumem domum remiſere.

Q. Fabij deditio.

Q. Fabio & Aemylio Coss. ad libertatem Vlſineis fœderaris ſuis reſtituendam, militarunt: qui cum Tyrrhenorum antiquiſsimi eſſent, & potentiam & mœnia fortiſsima ſibi pararant, & Republica bonis ornata legibus utebantur. Quibus de cauſis aliquando bello ſuſcepto, Romanis longiſsimo tempore reſtiterunt. Sed ſubacti, atque in delicias delapſi, Reipublicæ adminiſtrationem, & bella fere gerenda, ſeruis commiſerunt: eosq; tandem eò euexerunt, ut opibus atque animis elati, ipſi ſeſe in libertatem aſſererent, & dominas ſuas uxores ducerent, & dominis ſuccederēt, atq; in ſenatum legerētur, & magiſtratus inirēt, & ipſi omnem autoritatē obtinerēt, cæteraq; omnia. Iniurias

Vlſinei Hetruſci.

à dominis ſibi factas, maiore petulantia in illos regeſſerunt. Veteres igitur ciues, cum eos neque ferre, neque ſuis uiribus ulciſci poſſent, clam legatos Romam miſerunt, qui precibus ſecretò impetrarunt, ut ſenatus, ne res palàm fieret, in priuatis ædibus cõueniret. Ac illi quidem, ut nemine audiente, deliberabant. Samnis autem quidam, ædium domini hoſpes, ægrotans, per incuriam ibi relictus, cognito ſenatuſconſulto, monuit eos qui accuſabãtur. Illi igitur quæſtionibus habitis de legatis, cum quid ageretur intellexiſſent, & illos & primores ciuitatis occiderunt. Quapropter Fabius à Romanis contra eos miſſus, omnes qui in aciem deſcenderant, profligauit, in fuga multos occidit, reliquos in urbem compulſos oppugnauit. Vbi cum ex uulnere occubuiſſet, ſerui reſumpta fiducia eruperunt: ſed uicti, atq; obſidione ad famem redacti, deditionem fecerunt. Conſul eos qui ſuis dominis magiſtratus eripuerant, excruciatos necauit, urbem euertit: indigenas, & ſeruos qui in dominorum fide manſerant, alibi collocauit. Ab eo tempore Romani tranſmarina bella gerere ſunt aggreſsi, prius claſsis inſtruendæ planè rudes.

Punici belli initia. Cum autem in mari uerſari cœpiſſent, in inſulas, aliasq; continentes traiecerunt. Sed cum Carthaginenſibus primùm ſunt congreſsi, nihilo neque opibus neque agri bonitate inferioribus, & in re nautica exercitatiſsimis: qui præterea pedeſtribus equeſtribusq; copijs, & elephantis pollebant, & Libyæ, Sardiniæ, ac magnæ parti Siciliç imperabant. unde in ſpem Italiæ quoque ſubigendæ erigebantur. Nam præter alia ſuperbiæ incitamenta, immodica quoque libertas animos eis faciebat. Eorum enim rex, annui magiſtratus, non diuturnæ poteſtatis autoritatem habebat. *

* Belli cauſæ prætendebantur, à Romanis, quòd Carthaginenſes Tarentinis opem tuliſſent: à Carthaginẽſibus, quòd Romani cum Hierone amicitiã iniſſent. Sed » uera cauſa illa erat, quòd inuicem ſe ſuſpectos » habebant: & utrique incolumitatem ſuam in » eo ſitam eſſe putabant, ſi alteros ſubegiſſent. Cum ſic affecti eſſent, huiuſmodi occaſio ſoluendæ pacis, & auſpicandi belli incidit. *Mamertini.* Mamertini, qui olim ex Campania coloniã Meſſanam deduxerant, tum autem ab Hierone obſidebantur, opem Romanorum, ut quos cognatione attingerent, implòrarunt: quibus alacriter auxilia ſunt decreta. Neque enim obſcurum erat, Mamertinos ad Carthaginenſes tranſituros, ſi à Romanis deſtituerentur: qui ſubacta tota Sicilia, inde in Italiam tranſituri eſſent. Ea enim inſula parum à continente diſtat: inde olim Italiæ fuiſſe iunctam fabulantur. Ob ſitum igitur Italiæ tam propinquum, Carthaginenſes inuitare uidebatur: ut ea occupata, etiam oppoſitam continentẽ ſibi uendicarent. & qui Meſſanam tenebant, etiam fretum illud anguſtum in poteſtate habebant. Romani uerò auxilia Mamertinis decreta, ob cauſas quaſdam

ὑπὸ τῶν δεσποτῶν αὐτοῖς γινομένας, ἐπαχθέστερον εἰς αὐτοὺς ἐκείνους ἀντεπαρῴνησαν. οὔτ' οὖν φέρειν σφᾶς οἱ ἀρχαῖοι πολῖται, οὔτε καθ' ἑαυτοὺς δυνάμενοι ἀμύνασθαι, λάθρα πρέσβεις εἰς τὴν ῥώμην ἀπέστειλαν, οἳ καὶ δι' ἀπορρήτων ἔπεισαν τὴν γερουσίαν εἰς ἰδιωτικὴν οἰκίαν ἐλθεῖν, ὅπως μηδὲν ἐξαγγελθῇ, παρακαλέσαντες, καὶ ἔτυχον. καὶ οἱ μὲν ὡς οὐδενὸς ἐπακούοντος ἐβουλεύοντο. σαμνίτης δέ τις παρὰ τῷ κυρίῳ τῆς οἰκίας ἐπιξενούμενος, καὶ νοσῶν, ἔλαθε κατὰ χώραν μείνας, καὶ μαθὼν ἃ ἐψηφίσαντο, καὶ ἐμήνυσε τοῖς τὴν αἰτίαν ἔχουσι. κἀκεῖνοι τοὺς πρέσβεις ἐπανιόντας κατέσχον, καὶ ἐβασάνισαν. καὶ μαθόντες τὰ δρώμενα, αὐτούς τε ἀπέκτειναν, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πρώτους. διὰ γοῦν ταῦθ' οἱ ῥωμαῖοι τὸν φάβιον ἐπ' αὐτοὺς ἔστειλαν, καὶ ὃς τούς τε ἀπαντήσαντας αὐτῷ ἐξ ἐκείνων ἐτρέψατο, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ φυγῇ φθείρας, κατέκλεισε τοὺς λοιποὺς εἰς τὸ τεῖχος, καὶ προσέβαλε τῇ πόλει. καὶ ὁ μὲν ἐν τούτῳ τρωθεὶς ἀπέθανε. θαρσήσαντες δὲ ἐπὶ τούτῳ ἐξῆλθον, καὶ ἡττηθέντες αὖθις ἀνεχώρησαν, καὶ ἐπολιορκοῦντο· καὶ εἰς ἀνάγκην λιμοῦ ἐμπεσόντες, παρέδωκαν ἑαυτούς. ὁ δὲ ὕπατος τοὺς μὲν ἀφελομένους τὰς τῶν κυρίων τιμὰς, αἰκισάμενος ἔκτεινε, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε· τοὺς δὲ αὐθιγενεῖς, καὶ εἴ τινες τῶν οἰκετῶν χρηστοὶ περὶ τοὺς δεσπότας ἐγένοντο, ἐν ἑτέρῳ κατῴκισε τόπῳ. ἐκ τότε δὲ ἤρξαντο οἱ ῥωμαῖοι διαποντίων ἀγώνων, ναυτικῶν γὰρ οὔ τι πρὶν ἐπεπείραντο. θαλαττουργεῖν δὲ ἀρξάμενοι, καὶ ἐπὶ τὰς νήσους, τάς τε ἄλλας ἠπείρους ἐπεραιώθησαν. καρχηδονίοις δὲ πρώτοις ἐπολέμησαν, οὐδὲν αὐτῶν οὖσιν ἥττοσιν οὔτε πλούτῳ, οὔτε ἀρετῇ χώρας, καὶ ἠσκημένοις τὰ ναυτικὰ εἰς ἀκρίβειαν, καὶ παρεσκευασμένοις ἱππικαῖς τε δυνάμεσι, καὶ πεζαῖς, καὶ ἐλέφασι· καὶ ἄρχουσι λιβύης, τήν τε σαρδὼ, καὶ τῆς σικελίας τὰ πλείω κατέχουσιν, ὅθεν καὶ τὴν ἰταλίαν χειρώσασθαι δι' ἐλπίδων πεποίηντο. τά τε γὰρ ἄλλα σφᾶς φρονηματίζεσθαι ἐποίει, καὶ τῷ αὐτονόμῳ λίαν ἐτύγχανον ἐπαιρόμενοι. τὸν γὰρ βασιλέα ἑαυτοῖς ἐκλῆσιν ἐτησίου ἀρχῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρονίῳ δυναστείᾳ προὐβάλλοντο. ὃ καὶ ὡς αὐτοῖς πρόσυμμαχοι, προϊόντες τε ἀρχαίω. σκῆψις δὲ τοῦ πολέμου ἐγένετο, ῥωμαίοις μὲν, ὅτι καρχηδόνιοι τοῖς ταραντίνοις ἐβοήθησαν· καρχηδονίοις δὲ, ὅτι φιλίαν ῥωμαῖοι συνέθεντο τῷ ἱέρωνι. τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι ἀλλήλους ὑφεωρῶντο, καὶ μίαν σωτηρίαν τῶν οἰκείων ἑκάτεροι ᾤοντο, εἰ τὰ τῶν ἄλλων προσκτήσαιντο. οὕτω διακειμένοις αὐτοῖς συμπεσόν τι τὰς σπονδάς τε διέλυσε, καὶ εἰς τὸν πόλεμον αὐτοὺς ἐξέβαλε. τὸ δ' ἦν τοιοῦτον. οἱ μαμερτῖνοι ἐκ καμπανίας ποτὲ πρὸς μεσσήνην ἀποικίαν σταλέμενοι, τότε δ' ὑπὸ ἱέρωνος πολιορκούμενοι, ἐπεκαλέσαντο τοὺς ῥωμαίους, οἷα σφίσι προσήκοντας. κἀκεῖνοι ἑτοίμως ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, εἰδότες, ὅτι ἂν τῆς συμμαχίας αὐτῶν οἱ μαμερτῖνοι μὴ τεύξωνται, πρὸς τοὺς καρχηδονίους τραπήσονται, κἀκεῖνοι ἔν τε σικελίας ὅλης κρατήσουσι, καὶ ἐς τὴν ἰταλίαν ἐξ αὐτῆς διαβήσονται. ἡ γὰρ νῆσος αὕτη βραχὺ τῆς ἠπείρου δίχα· ὡς μυθεύεται, ὅτι ποτὲ καὶ αὐτῇ ἐπήρτητο. ἥ τε οὖν νῆσος οὕτω τῇ ἰταλίᾳ προκειμένη, ἐδόκει τοὺς καρχηδονίους ἐκκαλεῖσθαι, καὶ τῆς ἀντιπέρας ἀντιποιήσασθαι, ἄν γε ταύτην κατάσχωσι, καὶ ἡ μεσσήνη παρεῖχε τοῖς κρατοῦσιν αὐτῆς, καὶ τοῦ πορθμοῦ κυριεύειν. ψηφισάμενοι δὲ βοηθεῖν οἱ ῥωμαῖοι τοῖς μαμερτίνοις, οὐ ταχέως αὐτοῖς ἐπεκούρησαν, διά τινας

τινας ἐπισυμβάσας αἰτίας. ὅθεν ἀνάγκῃ πιεζόμενοι οἱ μαμερτῖνοι, καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο. οἱ δὲ καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἐπικαλεσαμένοις εἰρήνην κατεπράξαντο πρὸς ἱέρωνα, ἵνα μὴ οἱ ῥωμαῖοι ἐς τὴν νῆσον περαιωθῶσι, καὶ τὸν πορθμὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐφύλασσον, ἄννωνος σφῶν ἡγουμένου. καὶ τούτῳ γάϊος κλαύδιος χιλιαρχῶν ναυσὶν ὀλίγαις ὑπὸ ἀππίου κλαυδίου προπεμφθεὶς, ἐς τὸ ῥήγιον ἀφίκετο. διαπλεῦσαι δὲ οὐκ ἐθάρρησε, πολὺ πλεῖον τὸ τῶν καρχηδονίων ὁρῶν ναυτικόν. ἀκατίῳ δ' ἐμβὰς, προσέσχε τῇ μεσσήνῃ, καὶ διελέχθη αὐτοῖς ὅσα ὁ καιρὸς ἐδίδου. ἀντειπόντων δὲ τῶν καρχηδονίων, τότε μὲν μηδὲν πράξας ἀνεκομίσθη. μετὰ ταῦτα δὲ γνοὺς τοὺς μαμερτίνους ἐν στάσει ὄντας (οὔτε γὰρ τοῖς ῥωμαίοις ὑπακούειν ἐβούλοντο, καὶ τοὺς καρχηδονίους ἐβαρύνοντο) ἐπέπλευσεν αὖθις, καὶ ἄλλα τε εἶπεν ἐπαγωγὰ, καὶ ὡς ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως ἥκει, καὶ ἐπειδὰν καταστήσῃ τὰ πράγματα, ἀποπλεύσει, καὶ τοὺς καρχηδονίους ἢ ἀποχωρῆσαι ἐκέλευσεν, ἢ εἴ τι δίκαιον ἔχειν, ὑπειπεῖν. ὡς δ' οὔτε τῶν μαμερτίνων τις ὑπὸ δέους ἐφθέγγετο, καὶ οἱ καρχηδόνιοι βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες, οὐδὲν αὐτοῦ ἐφρόντιζον· αὐταρκὲς, ἔφη, μαρτύριον παρ' ἀμφοτέρων ἡ σιωπὴ, τῶν μὲν ὅτι ἀδικοῦσιν (εἰ γάρ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν, ἐδικαιολογήσαντο ἂν) τῶν δὲ, ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἐφίενται. ἐπαρρησιάσαντο γὰρ ἂν, εἰ τὰ τῶν καρχηδονίων προῄρηντο, καὶ ἐπηγγέλλοντο βοηθήσειν αὐτοῖς. θορύβου δὲ καὶ ἐπαίνου παρὰ τῶν μαμερτίνων ἐπὶ τούτοις γενομένου, εὐθὺς ἀνέπλευσε πρὸς τὸ ῥήγιον, καὶ μετ' ὀλίγον παντὶ τῷ ναυτικῷ βιασάμενος τὸν διάπλουν, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς τέχνης τῶν καρχηδονίων, τὸ δὲ πλεῖστον διὰ τὴν τοῦ ῥοῦ χαλεπότητα, καὶ χειμῶνα ἐξαίφνης γενόμενον, τινάς τε τῶν τριήρων ἀπέβαλε, καὶ ταῖς λοιπαῖς μόλις ἐς τὸ ῥήγιον ἀπεσώθη. οὐ μέντοι τῆς θαλάσσης οἱ ῥωμαῖοι διὰ τὴν ἧτταν ἀπέσχοντο· ἀλλ' ὁ μὲν κλαύδιος τὰς ναῦς ἐπεσκεύαζεν. ἄννων δὲ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν σπονδῶν διαλύσεως ἐς τοὺς ῥωμαίους τρέψαι βουλόμενος, καὶ τὰς ἁλούσας τριήρεις τῷ κλαυδίῳ ἔπεμψε, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπεδίδου, καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην προεκαλεῖτο αὐτόν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδέξατο, ἠπείλησε, μηδ' ἀπονίψασθαι τὰς χεῖρας ποτὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ τοὺς ῥωμαίους ἐάσαι. ὁ κλαύδιος δὲ τὴν τοῦ πορθμοῦ φύσιν κατανοήσας, ἐτήρησε τόν τε ῥοῦν καὶ τὸν ἄνεμον ἐκ τῆς ἰταλίας, ἐς τὴν σικελίαν ἅμα φέροντας· καὶ οὕτω διέπλευσεν ἐς τὴν νῆσον, μηδενὸς ἐναντιωθέντος. εὑρὼν οὖν ἐν τῷ λιμένι τοὺς μαμερτίνους (ὁ γὰρ ἄννων προϋποπτεύσας αὐτοὺς, ἐν τῇ ἀκροπόλει καθῆστο, φυλάττων αὐτὴν) ἐκκλησίαν συνήγαγε, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἔπεισε, μεταπέμψασθαι τὸν ἄννωνα. ὁ δὲ καταβῆναι οὐκ ἤθελε· φοβηθεὶς δὲ, μὴ οἱ μαμερτῖνοι ὡς ἀδικοῦντος αὐτοῦ νεωτερίσωσιν, ἦλθεν ἐς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ πολλῶν ὑπ' ἀμφοῖν μάτην λεχθέντων, συνήρπασέ τις τῶν ῥωμαίων αὐτὸν, καὶ ἐνέβαλεν ἐς τὸ δεσμωτήριον, συνεπαινούντων τῶν μαμερτίνων. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐλθὼν ἀνάγκῃ τὴν μεσσήνην ἐξέλιπεν. οἱ καρχηδόνιοι δὲ ἐκόλασαν μὲν τὸν ἄννωνα, κήρυκα δὲ τοῖς ῥωμαίοις ἔπεμψαν, τήν τε μεσσήνην ἐκλιπεῖν κελεύοντες, καὶ ἐκ πάσης ἀπελθεῖν σικελίας ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ· καὶ στρατιὰν ἀπεστάλκασιν. ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο οἱ ῥωμαῖοι, τούς τε μισθοφοροῦντας παρ' αὐτοῖς ἐξ ἰταλίας ἀπέκτειναν,

quaſdam non ſtatim miſerunt. Quare illi, urgente neceſsitate, Carthaginenſes implorarunt. Qui & ſupplicibus & ſibi ipſis pacem cum Hierone confecerunt, ne Romani in inſulam trajcerent, & urbem atque fretum Hannone duce cuſtodiuerunt. Interea C. Claudius tribunus militum ab Appio Claudio cum paucis nauibus præmiſsus, Rhegium uenit. ſed cum hoſtilem claſſem longè maiorem uideret, trajcere non auſus, nauicula conſcenſa Meſſanam appulit: & cum Mamertinis ea collocutus eſt, quæ tempus ferebat. ſed Carthaginēſibus refragantibus, tum quidem rebus infectis receſsit. poſt autem, cum Mamertinos in motu eſſe cognouiſſet (neque enim Romanis parere uolebant, & Carthaginenſes ægrè perferebantur) ruſus nauigauit: & præter alia ad perſuadendum apta, ſe liberandæ ciuitatis ergò adeſſe dixit, & rebus in integrum reſtitutis receſſurum. Carthaginenſes uerò aut recedere, aut quam iuſtam manendi cauſam haberent, exponere iuſsit. Cum uerò neque Mamertinus quiſquam præ metu loqueretur, & Carthaginenſes urbem ui tenentes, nihil eum curarent: Satis, inquit, argumenti eſt utrorumque ſilentium, alteros iniuſtè agere (nam ſi cauſa freti eſſent, ſe defenderent) alteros libertatis eſſe cupidos. Si enim Carthaginenſibus ſtuderent, liberè illis auxilia promitterent. Quæ uerba cum Mamertini cum plauſu & laudibus excepiſſent, Rhegium ſtatim rediji: ac paulo pòſt cum tota claſſe ui trajcere conatus, partim ob multitudinem & ſolertiam Carthaginenſium, partim ob freti ſæuitiā, & tempeſtatem ſubito exortā, triremibus aliquot amiſsis, cum reliquis ægrè tenuit Rhegium. Neque tamen ob eam cladem Romani mari abſtinuerunt: ſed Claudius naues refecit. Hanno cauſam rupti fœderis Romanis aſſcripturus, etiā captas triremes Claudio remiſit, captiuosq; reſtituit, eum'que ad pacem prouocauit. Sed cum ille nullas conditiones admitteret, minatus eſt, ſe non paſſurum ut Romani uel manus in mari abluerent. Claudius uerò freti natura conſiderata, captauit refluxum eius & uentum ſimul ex Italia in Siciliam ferentes: itaq; in inſulam traiecit, prohibente nemine. & Mamertinis in portu inuentis (nam Hanno cum ciues ſuſpectos haberet, arcem tuebatur) pro concione perſuaſit, ut Hannonem accerſerent. Qui etſi deſcendere nolebat, tamen ueritus ne Mamertini de iniurijs ſibi factis conquerentes, noui aliquid molirentur, in concionem uenit: & multis uerbis utrinq; fruſtra factis, à quodā Romano cōprehenſus, in carcerē conjicitur, Mamertinis approbātibus. Sic ille tota Meſſena neceſſariò relicta, à Carthaginēſibus multatus eſt: & unà cū exercitu caduceator ad Romanos miſſus, per quem edicebāt, ut Meſſanam relinquerēt, & intra certū diem tota Sicilia excederēt. Romanis uerò non obtēperantibus, Italos, qui apud ipſos ſtipēdia merebāt, occiderunt.

C. Claudius male rem gerit in Sicilia.

Romanorū & Carthaginenſium certamina in Sicilia.

ciderunt: & Hierone adiuuante, impetu facto Meſſanam obſederunt: ac fretum cuſtodierũt, ut neq; milites neq; frumentum ad eos importarentur. Quo Conſul iam appropinquãs animaduerſo, ut milites ubiq; in portu per cauſam mercaturæ faciendæ uerſantes inuenit, eos decepit, ut quàm minimo cum periculo fretum tranſiret. noctuq; clàm in Sicilia non procul à caſtris Hieronis appulit, cumq; ſtatim aggreſſus eſt, ſe improuiſa impreſſione maximum illis terrorem illaturũ ratus. Verùm equites eius ſuccubuerunt, ſed grauis armaturæ milites ſuperiores euaſerũt. Hieron tum in montes, pòſt Syracuſas ſe cõtulit. quo Claudius amoto, Mamertinis ſua præſentia recreatis, Carthaginenſes iam deſtitutos inuadit, impetu in eorum caſtra facto, quæ quodammodo peninſulę inſtar erant, hinc mari, illinc profundis cincta paludibus. Anguſtiſsimę autem fauces, quà ſolum patebat aditus, muro intercludebãtur. Quò dum ui per multas ærumnas penetrare Romani ſtudent, telis profligati recedunt. Afros uerò auctis animis, ex anguſtis faucibus eruptione facta, tanquam fugientes perſecuturis, Romani conuerſi repulerunt, multis occiſis, ut non amplius caſtris egrederentur, quamdiu Claudius Meſſanæ fuit. Qui cum eos ui elicere non auderet, ad Syracuſas & Hieronem conuertit animum, præſidio Meſſanæ relicto. Et ut ipſe urbem oppugnabat, ſic ciues aliquando erumpebant, nunc his, nunc illis fauente uictoria. Et Conſul aliquando in anguſtias redactus, captus eſſet, niſi antequam circumueniretur, ad Hieronem de pacis conditionibus legatũ miſiſſet. Nam cum quidam ueniſſet, cum quo de pace tractaret, inter colloquendum paulatim receſsit, donec in tuta peruenit. Et quia urbs facilè capi non poterat, & obſidio cùm ob penuriam commeatus, tum propter luem in exercitu graſſantem, facultatem non babebat, receſſit. Syracuſani autem ſequentes, cum diſperſis colloquebantur: ac pacem feciſſent, ſi etiam Hieron conſentire uoluiſſet. Conſul præſidio Meſſanæ relicto, Rhegium traiecit. Romani Hetruriæ rebus compoſitis, atq; Italia planè pacata, Carthaginenſium autem uiribus creſcentibus, utrunq; Conſulem in Siciliam ire iuſſerunt. Igitur Valerius Maximus & Octacilius Craſſus, tam ſeorſim quàm unà inſulam peragrantes, multos in deditionem acceperunt: ac locis pleriſq; adiunctis, Syracuſas contenderunt. Quorum ſucceſsibus Hieron territus, redditis urbibus quas eis ademerat, promiſſaq; pecunia, & captiuis dimiſsis, pacem petijt, atque impetrauit: quòd Conſules, eius opibus adiunctis, Carthaginẽſes à ſe facilius debellari poſſe rebantur. Pactis firmatis, ad alias urbes, in quibus Punica præſidia erant, conuerſi, atq; cæteris repulſi, Segeſtam ultro ſe dedentem acceperunt. Ciues enim ob neceſsitudinẽ ſibi cum Romanis intercedentem (nam ſuum quoque ortum ad Aeneam autorem referebant) Carthaginenſibus cæſis, illorum fidei ſe commiſerunt.

Hieron ſe cum Romanis cõiungit.

κλείσαν, καὶ τῇ μεσσήνῃ προσέβαλον. συνῆν δὲ καὶ ὁ ἱέρων αὐτοῖς, καὶ τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν, καὶ τὸν πορθμὸν ἐφύλασσον, ὡς μήτε στράτευμα, μήτε σῖτος αὐτοῖς κομισθῇ. ὃ μαθὼν ὁ ὕπατος ἤδη πλησιάζων, ὡς εὗρε συχνοὺς αὐτῶν πολλαχῇ κατὰ πρόφασιν ἐμπορείας ἐλλιμενίζοντας, ἐξηπάτησε σφᾶς, ὅπως δῆλα δὴ τὸν πορθμὸν ἀσφαλίσηται· καὶ ἔλαθε νυκτὸς τῇ σικελίᾳ προσορμισάμενος. καὶ προσπλεύσας οὐ πόρρω τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἱέρωνος, αὐτίκα συνέμιξε, νομίζων φοβερώτατος αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἀδοκήτου φανήσεσθαι. αὐτίκα ἐπεξελθόντων δ᾽ αὐτῶν, τὸ μὲν τῶν ῥωμαίων ἱππικὸν ἠλαττώθη, τὸ δ᾽ ὁπλιτικὸν ὑπερίσχυε. καὶ ὁ ἱέρων τότε μὲν ἐς τὰ ὄρη, ὕστερον δὲ ἐς τὰς συρακούσας ὑπεχώρησεν. ὁ δὲ κλαύδιος ἀναχωρήσαντος τοῦ ἱέρωνος, καὶ τῶν μαμερτίνων διὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀναθαρσησάντων, ἐπῆλθε τοῖς καρχηδονίοις μονωθεῖσιν ἤδη· καὶ τῷ σφῶν προσέβαλε χαρακώματι, ὄντι οἷον ἐν χερρονήσῳ. ἐντεῦθεν μὲν γὰρ ἡ θάλασσα τοῦτο συνεῖχεν, ἐντεῦθεν δὲ ἕλη τινὰ δυσδιάβατα· ἐπὶ δὲ τὸν αὐχένα, δι᾽ οὗ περ μόνου εἰσῆλθεν, στενοτάτου τυγχάνοντος, ἐπεποίητο διατείχισμα. βιαζόμενοι οὖν πρὸς τοῦτο οἱ ῥωμαῖοι, ἐταλαιπώρησαν, καὶ βαλλόμενοι ἀνεχώρησαν. οἱ δὲ λίβυες θαρσήσαντες ἐπεξῆλθον· καὶ ὡς φεύγοντας διώκοντες, ἔξω προεληλύθασι τῶν στενῶν. κἀνταῦθα ὑποστραφέντες οἱ ῥωμαῖοι, αὐτοὺς ἐτρέψαντο, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν, ὥστε αὐτοὺς μηκέτι τοῦ στρατοπέδου προελθεῖν, παρ᾽ ὅσον ἦν ἐν μεσσήνῃ ὁ κλαύδιος. ὁ δὲ βιάσασθαι τὴν πρόσοδον μὴ τολμῶν, πρὸς τὰς συρακούσας καὶ τὸν ἱέρωνα ἐτράπετο, φυλακὴν ἐν τῇ μεσσήνῃ καταλιπών· καὶ προσέβαλέ τε αὐτὸς τῷ ἄστει, κἀκεῖνοι ποτὲ ἐπεξῄεσαν· καὶ ὅτε μὲν ἐκράτουν, ὅτε δ᾽ ἐκρατοῦντο ἑκάτεροι· καί ποτε ἐν χωρίῳ στενῷ ὁ ὕπατος γεγονώς, ἑάλω ἄν, εἰ μὴ πρὸ τοῦ περισχεθῆναι, ἔπεμψε πρὸς τὸν ἱέρωνα, ὡς συμβάσεως δή τινος αὐτὸν προσκαλούμενος. οὕτω γὰρ ἐλθόντος τινός, πρὸς ὃν ἔμελλε συμβήσεσθαι, διελέγετό τι αὐτῷ, καὶ ὑπεχώρει, μέχρις οὗ πρὸς τὸ ἀσφαλὲς ἀπεχώρησε. τῆς δὲ πόλεως ῥᾳδίως ἁλῶναι μὴ δυναμένης, καὶ τῆς προσεδρείας ἀπόρου διὰ σπάνιν οὔσης σιτίων, καὶ διὰ νόσον τῆς στρατιᾶς, ἀπανέστη. καὶ οἱ συρακούσιοι εἵποντο, καὶ ἐς λόγους τοῖς σκεδαννυμένοις ᾔεσαν. καὶ ἐσπείσαντο ἄν, εἰ καὶ ὁ ἱέρων συμβῆναι ἠθέλησεν. ὁ δὲ ὕπατος φρουρὰν ἐν τῇ μεσσήνῃ καταλιπών, ἀπέπλευσεν εἰς τὸ ῥήγιον. οἱ ῥωμαῖοι δὲ ἐπεὶ τὰ τυρσηνικὰ κατεστήσαντο, καὶ τὰ ἐν τῇ ἰταλίᾳ ἀκριβῶς εἰρήνουν, τὰ δὲ τῶν καρχηδονίων ἤδη πλεῖον συνίστατο, ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἐς τὴν σικελίαν ἐκστρατεῦσαι ἐκέλευσαν. περαιωθέντες οὖν ὅ, τε μάξιμος οὐαλλέριος καὶ ὁ ὀκτακίλιος κράσσος, καὶ διὰ τῆς νήσου ὁμοῦ τε περιιόντες, καὶ δίχα, πολλοὺς ὁμολογίᾳ παρεστήσαντο. ὡς δὲ τὰ πλείω ἐκράτουν, πρὸς τὰς συρακούσας ὥρμησαν. καὶ ὁ ἱέρων φοβηθείς, διεκηρυκεύσατο σφίσι τάς τε πόλεις, ἃς ἀφῄρητο, ἐκδιδούς, καὶ χρήματα ὑπισχνούμενος, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐλευθερῶν, καὶ ἔτυχεν ἐπὶ τούτοις σπονδῶν. οἱ γὰρ ὕπατοι ῥᾷον μετ᾽ αὐτοῦ καταστρέψεσθαι τοὺς καρχηδονίους ἐνόμισαν. συμβάντες δὲ αὐτῷ, πρὸς τὰς λοιπὰς πόλεις ὑπὸ καρχηδονίων φρουρουμένας ἐτράποντο. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀπεκρούσθησαν, ἐγέσταν δὲ ἑκούσιαν ἔλαβον. διὰ γὰρ τὴν πρὸς ῥωμαίους οἰκειότητα, ἣν ἐν αὐτῷ ἐκ τοῦ αἰνείου λέγοντες γεγονέναι, προσεχώρησαν αὐτοῖς, τοὺς καρχηδονίους φονεύσαντες.

τες. καὶ οἱ μὲν ὕπατοι διὰ τὸν χειμῶνα εἰς τὸ ῥήγιον ἀπῆραν. καρχηδόνιοι δὲ ἐς σαρδὼ τὸ πλεῖον ἐκόμισαν τοῦ στρατοῦ, ἵν᾽ ἐκεῖθεν τῇ ῥώμῃ ἐπιθῶνται, καὶ ἢ τέλεον οὕτω τῆς σικελίας ἐκστήσωσιν, ἢ διαπεραιωθέντας ἀσθενεστέρους ποιήσωσιν. ἀλλ᾽ οὔτε τούτου, οὔτε μὴν ἐκείνου ἐπέτυχον. οἱ γὰρ ῥωμαῖοι τήν τε οἰκείαν ἐφύλαττον, καὶ ἀξιόμαχον ἐς σικελίαν δύναμιν ἔπεμψαν μετὰ ποστουμίου ἀλβίνου, καὶ μετὰ αἰμιλίου κοΐντου. ἐλθόντες δὲ ἐς σικελίαν οἱ ὕπατοι, ἐπ᾽ ἀκράγαντα ὥρμησαν, κἀνταῦθα ἀννίβαν τὸν γίσγωνος ἐπολιόρκουν. ὃ οἱ ἐν καρχηδόνι πυθόμενοι, ἄννωνα αὐτῷ σὺν πολλῇ χειρὶ συμμαχήσοντα ἔπεμψαν. ὁ δὲ ἐς ἡράκλειαν ἐλθὼν, οὐ πόρρω οὖσαν ἀκράγαντος, ἐπολέμει. καὶ μάχαι πλείους καὶ μεγάλαι δὲ ἐγένοντο· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὁ ἄννων τοὺς ὑπάτους προυκαλεῖτο εἰς πόλεμον, εἶθ᾽ ὕστερον ἐκεῖνον οἱ ῥωμαῖοι προυκαλοῦντο. ἕως μὲν γὰρ ἄφθονον εἶχον οἱ ῥωμαῖοι τροφὴν, οὐκ ἐτόλμων μάχεσθαι, τῷ πλήθει ἐλαττούμενοι, λιμῷ δὲ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἤλπιζον· ἐπεὶ δὲ σίτου ἐσπάνιζον, αὐτοὶ μὲν ἀγωνίζεσθαι προεθυμοῦντο. ὁ δὲ ἄννων ὤκνει, ὑποπτεύσας διὰ τὴν προθυμίαν ἐνεδρευθήσεσθαι. διὸ οἵ τε ἄλλοι τὰ τῶν ῥωμαίων θεραπεύειν ἠξίουν ὡς ἀκμὴν νενικηκότων, καὶ ὁ ἱέρων ἀπροθύμως αὐτοῖς συμφερόμενος πρότερον, τότε σῖτον αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὥστε καὶ τοὺς ὑπάτους ἀναθαρσῆσαι. ἄννων δὲ ἐπεχείρησε μάχην συνάψαι, ἐλπίσας καὶ τὸν ἀννίβαν ἐκ τοῦ τείχους κατὰ νώτου τοῖς ῥωμαίοις προσπεσεῖσθαι. ὃ μαθόντες οἱ ὕπατοι, ἡσύχαζον, ἕως τὸν ἄννωνα καταφρονήσαντα τῷ χαρακώματι προσελθεῖν. ἔπεμψαν δὲ τινας κατόπιν αὐτοῦ ἐνεδρεύσοντας. ἐκείνου δὲ πρὸς ἑσπέραν ἀδεῶς καὶ καταφρονητικῶς ἐπανάγοντος, ἔκ τε τῆς ἐνέδρας καὶ τοῦ χαρακώματος αὐτῷ οἱ ῥωμαῖοι συνέμιξαν, καὶ φόνον πολὺν καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων εἰργάσαντο. ὁ δ᾽ ἀννίβας ἐν τούτῳ ταῖς σκηναῖς τῶν ῥωμαίων ἐπελθὼν, ἀπεκρούσθη ὑπὸ τῶν φυλαττόντων αὐτάς. ὁ δ᾽ ἄννων ἐς τὴν ἡράκλειαν κατέφυγε, τὸ στρατόπεδον ἐκλιπών. καὶ ὁ ἀννίβας νυκτὸς ἐκδρᾶναι τοῦ ἀκράγαντος βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἔλαθεν· οἱ δ᾽ ἄλλοι γνωσθέντες, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ῥωμαίων, συχνοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἀκραγαντίνων ἐκτάνθησαν. οὐ μέντοι συγγνώμης ἔτυχον οἱ ἀκραγαντῖνοι, ἀλλὰ τά τε χρήματα σφῶν διηρπάσθησαν, καὶ αὐτοὶ ἐπράθησαν ἅπαντες. καὶ οἱ μὲν ὕπατοι πρὸς τὴν μεσσήνην διὰ τὸν χειμῶνα ἀνεχώρησαν. ὠργίζοντο δ᾽ οἱ καρχηδόνιοι κατὰ ἄννωνος, καὶ ἀμίλκαν ἀντ᾽ αὐτοῦ τὸν βαρχίδαν ἀπέστειλαν, ἄνδρα τῶν ὁμοφύλων, πλὴν τοῦ ἀννίβα τοῦ υἱοῦ, ἐν στρατηγίᾳ κρείττονα. καὶ αὐτὸς μὲν τὴν σικελίαν ἐφύλαττεν· ἀννίβαν δὲ ναυαρχοῦντα ἐς ἰταλίαν ἔπεμψε, τὰ παράλια αὐτῆς κακουργήσοντα, ἵνα τοὺς ὑπάτους πρὸς ἑαυτὴν ἀντισπάσαι. ἀλλ᾽ οὐκ ἔτυχε τοῦ σκοποῦ. καταστήσαντες γὰρ ἐκεῖνοι φρουρὰς ἑκασταχόθι τῆς παραλίας, ἐς σικελίαν ἦλθον, οὐδὲν δὲ μνήμης τι ἄξιον ἔδρων. ὁ δὲ ἀμίλκας τοὺς γαλάτας τοὺς μισθοφόρους, ὅτι μὴ ἐντελῆ δεδώκει σφίσι τὸν μισθὸν, ἀγανακτήσαντας, φοβηθεὶς μὴ προσχωρήσωσι τοῖς ῥωμαίοις, διέφθειρε πέμψας αὐτοὺς ἔς τινα τῶν ὑπὸ ῥωμαίους πόλιν, παραληψομένους αὐτὴν, ὡς τάχα προδιδομένην, καὶ διαρπάσαι αὐτὴν προτρέψας. στείλας δὲ πρὸς τοὺς ὑπάτους ψευδαυτομόλους, τὴν τῶν γαλατῶν προμηνύοντας ἔλευσιν· εἶθ᾽ οἱ γαλάται πάντες ἐνεδρευθέντες ἐφθάρησαν, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ῥωμαίων ἀπέθανον. ἀπελθόντων δὲ τῶν ὑπάτων οἴκαδε, ὁ ἀμίλκας καὶ τὴν ἰταλίαν ἐπόρθει,

Consulibus ob hybernum tempus Rhegium reuerſis, Carthaginenſes maiorem copiarum partem in Sardiniam tranſtulerũt, ut inde Romanos aggrederentur: atq; aut penitus Sicilia pellerent, aut ſi traiecissent, uires eorum carperent. Sed neutrũ eis ſucceſsit, Romanis & ſua tuentibus, & Siciliam cum iuſtis copijs, Poſthumij Albini & Q. Aemylij ductu atq; auſpicijs, defendentibus. Qui cum in inſulam ueniſſent, Hannibalem Giſgonis filium Agrigenti obſederunt. Quo Carthagine audito, Hanno cum magna manu auxilio miſſus, Heracleæ, quæ parum Agrigento diſtat, bellum geſsit: ac multa magnaq; prælia ſunt commiſſa, primùm Hannone Conſules, deinde Conſulibus Hannonem prouocantibus. Nam dum Romani copiam cibariorum habebant, numero militum inferiores, pugnã detrectabant, ſe fame urbem expugnaturos ſperantes: cum ueró frumento deficerent, ad decertandum alacres facti ſunt. Hanno uerò pugnandi copiam eis facere noluit, ueritus ne alacritate illa in inſidias pelliceretur. Vnde factũ eſt, ut & alij Romanis tanquam uictoribus ſtuderent: & Hieron antè ſegniter auxiliari ſolitus, tum frumentum ſummitteret, unde Romani animos receperunt. Hanno quoq; pugnam committere inſtituit, etiam Hannibalẽ eruptione facta Romanos à tergo cæſurũ ſperans. Quo Conſules animaduerſo cum quieſcerent, & Hanno per contemptum uſq; ad uallum acceſsiſſet, aliquot miſerunt, qui ei à tergo inſidiarentur. Illoq; ſub ueſperam ſecurè & contemptim exercitum reducente, Romani tam ex uallo, quàm ex inſidijs eum aggreſsi, multam & hominum & elephantorum cædem ediderũt. Interea Hannibal Romanorum caſtra adortus eſt, ſed repulſus à cuſtodibus. Hanno caſtris deſertis Heracleã confugit. Hannibal noctu Agrigento profugiẽdi capto conſilio, ipſe quidem clam euaſit: cæteri autem deprehẽſi, partim à Romanis, multi ab Agrigẽtinis ſunt occiſi: qui tamẽ ea re ueniam non impetrarunt, ſed opibus direptis omnes uænierũt. Conſules Meſſanam in hyberna conceſſerunt. Carthaginenſes Hannoni irati, Hamilcarem Barchinum ſucceſſorẽ dederunt, imperatorem, Hannibale filio excepto, inter ſuos præſtantiſsimum: qui cum Siciliam ipſe tueretur, Hannibalem claſsi præfectum in Italiam, oræ maritimæ infeſtãdæ cauſa miſit, ut Conſules ad ſe retraheret. Sed feſellit eũ opinio. Nam præſidijs ubique in mari collocatis, in Siciliam profecti, nihil memorabile geſſerũt. Hamilcar uerò metuẽs, ne Galli milites, ob ſtipẽdia non integra numerata indignantes, cum Romanis ſe cõiungerent, ad quandã Romanam urbem per proditionem ſcilicet occupandam & diripiendam eos miſit: ſubornatis transfugis, qui Coss. Gallorum aduentum nunciarent. Ita illi omnes inſidijs excepti perierunt: ſed & Romanorum multi occubuerunt. Conſulibus domum reuerſis, Hamilcar etiam Italiæ oram

Hannibal Giſgonis filius.

Hanno.

Hannonis & Agrigentinorum clades.

Hamilcar.

Hannibal.

Gallorũ cædes per dolum Hamilcaris.

classe uaſtauit, & quaſdam Siciliæ urbes ſubegit. Quo Romani audito, claſſem inſtruxerunt, cui Conſulum alter Cn. Duilius eſt præfectus, collega eius Cn. Cornelius in Siciliam miſſus: qui cum bello terreſtri, quod mandatum ei fuerat, neglecto, nauibus quas habebat, Liparæ, ſpe proditionis dolo Carthaginēſium facta, appuliſſet, à Bode Hannibalis legato eſt circumuentus. Cum autem ad defenſionem ſe pararet, ille Romanorum audaciam ueritus, eos ad pacis conditiones prouocauit. cumq; Conſuli & tribunis militum perſuaſiſſet, ut ipſius triremem conſcenderent, quò cum præfecto claſsis colloquerentur, eos Carthaginem miſit, cæteros non repugnantes cæpit. Deinde Hannibal Italiam uaſtauit: Hamilcar Segeſtam petijt, ubi maxima pars Romani peditatus erat. & C. Cæcilio tribuno militum opem illis ferre uolenti, per inſidias multos milites occidit. His Romani cognitis, præfectum urbis ſtatim ablegarunt, & Duilium maturare iuſſerunt. Qui cum in Siciliam ueniſſet, nauesq; Carthaginenſium craſsitudine & magnitudine Romanis inferiores, ſed celeritate remigij, & nauigandi uarietate ſuperiores eſſe uidiſſet: machinas quaſdam, ancoras, manus ferreas longis contis præfixas, aliaq; eius generis fabricauit, quibus hoſtiles naues attraherentur: ac tranſitu in illas facto, ſui cum Carthaginenſibus, ueluti in terreſtri pugna, comminus dimicarent. Carthaginenſes quum Romanas naues crebra remigatione circundatas, ſubitò inuaſiſſent, aliquandiu æquo Marte certatum eſt: deinde uerò Romani ſuperiores facti, multos demerſerūt, multos cæperunt. Hannibal ſeptiremi, in qua pugnabat, cum triremi commiſſa, ueritus ne caperetur, in aliam nauim ſaltu facto, euaſit. Hoc naualis prælij exitu Romani multis ſpolijs aucti ſunt. Carthaginenſes uerò Hannibalem ob acceptam cladem occidiſſent, niſi eos ſtatim, ueluti rebus adhuc integris, percontatus eſſet, utrum nauali prælio decertare iuberent, nécne? Cum aſſenſi eſſent, ut qui claſsibus gloriarentur: ſubiecit, Nullum ſuum peccatum eſſe, qui eadem ſpe, qua ipſi, pugnam inijſſet. Conſilium enim in ſua poteſtate, euentum penes fortunam fuiſſe. Sic illi uita conceſſa eſt, imperium abrogatum. Duillius peditatu ſibi adiuncto, Segeſtanos liberauit, Hamilcare nec ad manus uenire auſo: & ſocijs ciuitatibus firmatis, elapſa æſtate Romam redijt. Poſt eius abitum Hamilcar Drepanum (eſt autem portus opportunus) munijt, eoq; res maximi precij contulit: & Erycinis omnibus expulſis, atque urbe euerſa, ne locus munitiſsimus Romanis ad bellum gerendum uſui eſſet, urbes alias ui, alias proditione cæpit: ac niſi à C. Floro, qui ibi hybernabat, cohercitus fuiſſet, totam Siciliam ſubegiſſet. L. Scipio eius collega exercitum in Sardiniam & Corſicam duxit, inſulas in Tyrrheno mari ſitas, tam exiguo interuallo

Cn. Cornelius Cos. dolo Bodis Liparæ capitur.

Cn. Duillius Pœnos classe uincit.

C. Florus Hamilcari resistit.

Sardinia. Corsica.

ἐπόρθει, προσπλέων, καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλεις τινὰς ὑπηγάγετο. πυθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι, ναυτικὸν συνεστήσαντο, καὶ Γάϊον αὐτῷ Δουΐλλιον τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐπέστησαν, τὸν δὲ τούτου συνάρχοντα Κορνήλιον Γάϊον εἰς Σικελίαν ἔπεμψαν, ὃς κατὰ γῆν πόλεμον ὃν ἐνεκεκλήρωτο ἀμελήσας, ταῖς παρούσαις αὐτῷ ναυσὶν ἐς Λιπάραν ἔπλευσεν, ὡς προδιδομένην αὐτῷ, ὑπὸ δὲ ἐκ δόλου τῶν Καρχηδονίων ἐγένετο. ὡς οὖν ἐς τὴν Λιπάραν καθωρμίσατο, Βώδης αὐτὸν ὁ τοῦ Ἀννίβου προελόχισεν ὑποστράτηγος. παρασκευαζομένου δὲ τοῦ Γαΐου πρὸς ἄμυναν, δείσας ἐκεῖνος τὴν ἀπόνοιαν αὐτῶν, προεκαλέσατο αὐτοὺς ἐς σπονδάς· καὶ πείσας αὐτοὺς ἐμβῆναι ἐς τὴν ἑαυτοῦ τριήρη τόν τε ὕπατον καὶ τοὺς χιλιάρχους, ὡς τῷ ναυάρχῳ ἐντευξομένους, καὶ τούτους μὲν ἐς Καρχηδόνα ἀπέπεμψαν, τοὺς δὲ λοιποὺς οὐδὲ ἀραμένους τὰ ὅπλα εἷλον. ὅ τε Ἀννίβας μὲν τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθει, Ἀμίλκας δὲ εἰς Αἴγεσταν ἐστράτευσεν, ἐν ᾗ τὸ πλεῖστον τοῦ πεζοῦ τοῖς Ῥωμαίοις ἦν, οἷς ἐπικουρῆσαι Γάϊον Καικίλιον χιλίαρχον ἐθελήσαντα λοχήσας, πολλοὺς ἐφόνευσε τῶν αὐτοῦ. ταῦτα δὲ μαθόντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τὸν μὲν ἀστυνόμον εὐθὺς ἐξέπεμψαν, καὶ τὸν Δουΐλλιον ἐπέσπευσαν. ὁ δὲ ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθών, καὶ καταμαθὼν τὰς ναῦς τῶν Καρχηδονίων τῷ μὲν πάχει καὶ τῷ μεγέθει τῶν σφῶν ἐλαττουμένας, τῷ τάχει δὲ τῆς εἰρεσίας καὶ τῇ ποικιλίᾳ τοῦ πλοῦ προεχούσας, μηχανὰς ἐπὶ τῶν πρῳρῶν, ἀγκύρας τε, καὶ χεῖρας προὔχοντας σιδηρᾶς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατεσκεύασεν, ὅπως ταῖς πολεμίαις ναυσὶν ἐμπεριπλεκόμενοι αὐτὰ συνάπτοιντο σφίσι, καὶ μεταβαίνοντες εἰς αὐτάς, ὡς χερσὶν ἴσον τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ ὡς ἐν πεζῇ μάχῃ τούτοις συρρηγνύωνται. συμμίξαντες οὖν οἱ Καρχηδόνιοι ταῖς τῶν Ῥωμαίων ναυσί, περιέπλεον σφᾶς, συντόνῳ χρώμενοι εἰρεσίᾳ, καὶ ἐκ τοῦ αἰφνιδίου προσέβαλλον. χρόνον μὲν οὖν τινα ἰσοπαλὴς ἡ ναυμαχία ἐγίνετο. εἶθ' οἱ Ῥωμαῖοι ἐπικρατέστεροι γεγονότες, πολλοὺς μὲν κατέδυσαν, συνέσχον δὲ καὶ πολλούς. ὁ δ' Ἀννίβας ἐφ' ἧς ἐπτήρους ἐναυμάχει, συγκλεισθείσης ταύτης ὑπὸ τριήρει τινί, μὴ ἁλῷ φοβηθείς, τὴν ἑπτήρη τε ἐγκατέλιπε, καὶ μεταβὰς εἰς ἑτέραν διέφυγε. τῆς μὲν οὖν ναυμαχίας τοῦτο τέλος ἐγένετο, καὶ λάφυρα πολλὰ ἐλήφθη. τὸν δὲ Ἀννίβαν οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τὴν ἧτταν ἀπέκτειναν ἄν, εἰ μὴ εὐθὺς ἐπηρώτησε σφᾶς, ὡς ἀκεραίων ἔτι τῶν πραγμάτων ὄντων, εἰ ναυμαχῆσαι κελεύουσιν, ἢ μή; συνθεμένων γὰρ αὐτῶν ναυμαχῆσαι, ὡς τῷ ναυτικῷ προέχειν ἐπαιρομένων, ὑπεῖπεν, ὅτι οὐδὲν ἄρα ἠδίκηκα, ὅτι ταὐτὰ ὑμῖν ἐλπίσας συνέβαλον. τῆς γὰρ γνώμης, ἀλλ' οὐ τῆς τύχης ἐτύγχανον κύριος. καὶ ὁ μὲν ἐσώθη, τὴν δὲ ἡγεμονίαν ἀφῃρέθη. Δουΐλλιος δὲ τὸ πεζὸν προσλαβών, τούς τε Αἰγεσταίους ἐρρύσατο, μηδ' εἰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ Ἀμίλκα ἐλθεῖν ὑπομείναντος, καὶ τὰ φίλια τὰ ἄλλα ἐβεβαιώσατο, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ θέρους παρελθόντος ἐκομίσθη. ἀπάραντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Ἀμίλκας τό, τε Δρέπανον κεκλημένον (ἔστι δὲ λιμὴν ἐπίκαιρος) ἐκρατύνατο, καὶ ἐς αὐτὸ τὰ πλείστου κατέθετο ἄξια, καὶ τοὺς Ἐρυκίνους ἅπαντας μετῴκισε· καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν κατέσκαψεν, ἵνα μὴ οἱ Ῥωμαῖοι καρτερὰν αὐτὴν οὖσαν καταλαβόντες, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου ποιήσωνται· καὶ πόλεις ἄλλας τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ προδοσίᾳ. κἂν εἰ μὴ Γάϊος Φλῶρος αὐτὸν ἐπέσχεν, ἐκεῖ χειμάσας, τὴν Σικελίαν ἂν κατεστρέψατο ἅπασαν. Λούκιος δὲ Σκιπίων ὁ συνάρχων αὐτοῦ, ἐπὶ Σαρδὼ καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐστράτευσε (κεῖνται δ' ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει, ὀλίγον ἀλλήλων

λων ἀπέχουσαι, ὡς μίαν αὐτὰς πόῤῥωθεν εἶναι δοκεῖν) καὶ πρῶτον τῇ Κύρνῳ προσβαλὼν, τὴν μὲν Οὐαλερίαν τὴν κρατίστην αὐτῆς πόλιν βίᾳ εἷλε, ἀπόνως δὲ τὰ λοιπὰ ἐχειρώσατο. ἐν δὲ τῷ τὴν Σαρδὼ πλεῖν, κατεῖδέ τι ναυτικὸν Καρχηδονίων, καὶ ἐπ' αὐτὸ ἐτράπετο, καὶ οἱ μὲν ἔφυγον πρὶν ἢ συμμῖξαι. αὐτὸς δ' ἤδη πόλιν Ὀλβίαν εἷλεν. ἐνταῦθα τῶν Καρχηδονίων μετὰ τῶν νεῶν ἐπιφανέντων φοβηθεὶς (οὐδὲ γὰρ εἶχε τὸ πεζὸν ἀξιόμαχον) ἐπ' οἴκου ἀπῆρεν. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ ἄλλοι τε τῶν ἁλόντων, καὶ ἐν τῷ ἄστει δουλευόντων, καὶ οἱ Σαμνῖται (συχνοὶ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἀφῖκτο) συνέθεντο τῇ Ῥώμῃ ἐπιβουλεῦσαι. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἔριος Ποτίλιος, ὁ τῆς βοηθείας ἄρχων, προσεποιήσατο συμφρονεῖν αὐτοῖς, ἵνα ἀκριβώσῃ πᾶν τὸ διεγνωσμένον αὐτοῖς, καὶ ἐπεὶ μὴ οἷός τ' ἦν κατεμηνῦσαι τὸ βούλευμα (πάντες γὰρ περὶ αὐτὸν ἦσαν οἱ Σαμνῖται) ἔπεισεν αὐτοὺς βουλῆς ἀγομένης εἰς τὴν ἀγορὰν ἀθροισθῆναι, καὶ καταβοῆσαι αὐτοῦ, ὡς περὶ τὸν σῖτον ἀδικουμένους, ὃν παρ' ἐλάμβανον. τῶν δὲ τοῦτο ποιησάντων, μεταπεμφθεὶς, ὡς αἴτιος τοῦ θορύβου, ἐξέφηνεν αὐτοῖς τὴν ἐπιβουλήν. καὶ τότε μὲν ἡσυχάσαντες ἀπεπέμφθησαν. νυκτὸς δὲ συνέλαβον ἕκαστοι τῶν ἐχόντων δούλους τινὰς ἐξ αὐτῶν, καὶ οὕτως ἡ πᾶσα διελύθη συνωμοσία. ἔτει δὲ ἐπιγιγνομένῳ θέρους ἔν τε τῇ Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἅμα ἐπολέμησαν οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. καὶ μετὰ τοῦτ' Ἀτίλιος Λατῖνος ἐν τῇ Σικελίᾳ ἐλθὼν, καὶ Μυτίστρατον πόλιν ὑπὸ τοῦ Φλώρου πολιορκουμένην εὑρὼν, τῇ παρασκευῇ ἐκείνου ἐχρήσατο. καὶ προσβολὰς περὶ τὸ τεῖχος αὐτοῦ ποιουμένου, πρῶτον μὲν οἱ ἐπιχώριοι μετὰ τῶν Καρχηδονίων ἠμύνοντο καρτερῶς. τῶν δὲ γυναικῶν καὶ τῶν παίδων ἐν δάκρυσι καὶ ἐν οἰμωγαῖς προαχθέντων, οὐκ ἀντεῖχον. ὑπεξελθόντων δὲ νυκτὸς τῶν Καρχηδονίων, ἅμα τῇ ἕῳ τὰς πύλας ἐθελοντὶ οἱ ἐπιχώριοι ἀνεπέτασαν. εἰσελθόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι, πάντας ἐφόνευον, ἕως ἐκήρυξεν ὁ Ἀτίλιος, τὴν λοιπὴν τε λείαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοῦ λαβόντος εἶναι. ἐκ τούτου γὰρ τοὺς λοιπούς τε ἐζώγρησαν, καὶ τὴν πόλιν προδιαρπάσαντες κατέπρησαν. ἐκεῖθεν δὲ ἤδη Καμαρίνῃ ἀπερισκέπτως γενόμενοι, ἐς χωρία προλελοχισμένα ἐνέπεσον· καὶ πανσυδὶ ἂν ἐφθάρησαν, εἰ μὴ Μάρκος Καλπούρνιος χιλιάρχων σοφίᾳ μετῆλθε τὸ δυστύχημα. ἰδὼν γάρ τινα τῶν πέριξ λόφων μόνον ὑπὸ τοῦ κρημνώδους μὴ προκατειλημμένον, ὁπλίτας τριακοσίους παρὰ τοῦ ὑπάτου ᾐτήσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ὥρμησεν, ἵν' οἱ πολέμιοι πρὸς αὐτοὺς τράπωνται, κἀντεῦθεν οἱ λοιποὶ διαφύγωσι, καὶ ἔσχεν οὕτως. ὡς γὰρ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν εἶδον οἱ ἐναντίοι ἐκπλαγέντες, τὸν μὲν ὕπατον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, ὡς ἤδη ἑαλωκότας, κατέλιπον, ἐπὶ δὲ τὸν Καλπούρνιον συνέδραμον. καὶ μάχης ἰσχυρᾶς γεγονυίας, πολλοὶ μὲν κἀκείνων, πάντες δὲ οἱ τριακόσιοι ἔπεσον· μόνος δὲ περιεσώσατο ὁ Καλπούρνιος, τρωθεὶς μέν. λαθὼν δὲ ἐν τοῖς νεκροῖς κάμνων ὑπὸ τῶν τραυμάτων, ὡς τεθνηκὼς, εἶτα ζῶος εὑρεθεὶς ἐσώθη. ἐν ᾧ δὲ οἱ τριακόσιοι ἐμάχοντο, ὁ ὕπατος ἀπεχώρησε. διαφυγὼν δὲ οὕτως, τήν τε Καμάριναν καὶ ἄλλας πόλεις τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. κἀντεῦθεν ἤδη τὴν Λιπάραν ὥρμησεν ὁ Ἀτίλιος. νυκτὸς δὲ λαθὼν προκατέσχεν αὐτὴν ὁ Ἀμίλκας· καὶ ἐπεξελθὼν αἰφνιδίως, πολλοὺς διέφθειρε. Γάιος δὲ Σουλπίκιος τῆς τε Σαρδοῦς τὰ πλεῖστα κατέδραμε, καὶ ὑπερφρονήσας ἐκ τούτων, ὥρμησεν ἤδη τὴν Λιβύην. ἐπὶ πείρᾳ μὲν καὶ οἱ Καρχηδόνιοι

teruallo ſeparatas, ut ex longinquo pro una habeantur. Ac primùm Corſicæ principe urbe Valeria ui capta, reliquis citra laborem eſt potitus. In Sardiniam nauigaturus, cum claſſem Carthaginenſem conſpexiſſet, in eam impetum fecit. Sed cum illa, priuſquam ad manus ueniretur, fugiſſet, Olbiam urbem inuaſit. Vbi nauium Carthaginenſium conſpectu territus (nec enim à peditatu ſatis ad pugnam paratus erat) domum uerſus iter intendit. Eo tempore cùm alij captiui, tum Samnites, quorũ complures ad naualem inſtructionem uenerant, Romæ inſidiari decreuerunt. Quo Erius Potilius auxiliorum dux cognito, ſe eis aſſentiri ſimulauit, ut omnia eorum conſilia cognoſceret. *Erius Potilius ſeruorum coniurationem eludit.* Quia uerò illa deferre non poterat, à Samnitibus undique circundatus, eis perſuaſit, ut cum ſenatus haberetur, in foro congreſsi, uociferarentur, in demetiendo frumento fraudem ſibi eſſe factam. Quod cum illi feciſſent, accerſitus, ut tumultus autor, inſidias expoſuit: ac tum quidem ſeditione ſopita, illi ſunt dimiſſi. Noctu uerò, cum quiq; domini ſeruos ſuos comprehendiſſent, omnis coniuratio diſsipata eſt. Sequenti æſtate Romani & Carthaginenſes ſimul & in Sicilia & in Sardinia bellum geſſerunt. Deinde cum Attilius Latinus in Siciliam ueniſſet, atque Mutiſtratum urbem à *Mutiſtrati excidium.* Floro obſeſſam inueniſſet: copijs illius uſus, cum mœnia oppugnaret, oppidani principiò cum Carthaginenſibus ei fortiter reſtiterunt. Sed uxoribus & liberis lamentantibus, omiſſa defenſione, Carthaginenſibus noctu digreſſis, primo diluculo portas ultro aperuerunt. Verùm Romani ingreſsi, nemini pepercerũt: donec Attilius pronunciari iuſsit, prædam & homines eius fore qui cæpiſſet. Tum demum reliquis captis, urbem direptam incenderunt. Inde Camarinam incircumſpectè aggreſsi, atque in loca inſidijs occupata delapſi, omnes periſſent, niſi M. Calphurnius tribunus militum, calamitatem eam arte correxiſſet. *M. Calphurnius CCC militum interitu ſaluti totius exercitus redemit.* Nam cum ex omnibus unum tumulum ob præcipitium non occupatum uidiſſet, CCC à Conſule milites petijt. quos cum properè illò adduxiſſet, ut hoſtibus in ſe conuerſis, cæteri effugerent, non deceptus eſt. Nam hoſtes eorum impetu perculſi, Conſule cum ſuis, ut iam captis, relictis, contra Calphurnium concurrerunt: & atroci pugna commiſſa, multi etiam ex illis, ſed illi CCC omnes perierunt, præter unum Calphurnium: qui cum præ uulneribus inſtar mortui inter cadauera iacuiſſet, uiuens repertus, euaſit incolumis. Interea uerò dum CCC pugnant, etiam Conſul Attilius, euitato periculo, Camarina & alijs urbibus partim ui, partim deditione ſubactis, ad Liparã proficiſcitur, quam cum Hamilcar clam noctu occupaſſet, ſubita eruptione facta, multos cæcidit. C. uerò Sulpitius non modò Sardiniæ pleraque loca infeſtauit: ſed ſucceſsibus elatus, etiam contra Libyam iter intendit. Ac Carthaginenſes cum

Romanorū nauales uictoriæ.

ſes cum Hannibale ſoluerūt, patriæ metuentes: ſed uento aduerſo repulſi, ambo receſſerunt. Deinde Attilius Hannibalem per ſubornatos transfugas, tanquam denuò in Africam nauigaturus, decepit. Cum igitur celeriter è portu ſoluiſſet, Sulpitius contra eum inuectus, pleraſque naues eius, præ caligine diu ignorantes quid rei eſſet, ac turbatas, demerſit: reliquæ ad terram profugerunt, atque inanes captæ ſunt.

Hannibalis Gisconis filij interitus.

Nam Hannibal cum portum non tutum eſſe uideret, ijs relictis, in urbem Sulcos ſe contulit: ibiq; orta contra eum ſeditione Carthaginenſium, cum ſolus ad eos prodijſſet, perijt. Ex eo tempore Romani ſecurius agros populantes, ab Hannone uicti ſunt. Hæc eo anno geſta ſunt: & continenter lapides de cœlo ſimul plures, grandinis inſtar, Romæ deciderunt. Idem in Albano, & alibi quoque factum. Conſules in Siciliam profecti, Liparam oppugnarunt. Cum autem ſub Tyndario promontorio Carthaginenſes in inſidijs eſſe cognouiſſent, naues diuiſerunt. Et cum alter Conſul ſemiſſe claſsis promontorium circundediſſet, ratus Hamilcar eum ſolum eſſe, naues ſuas contrà eduxit. Sed reliquis etiam ſe oſtendentibus, in fugam uerſus, maximam nauium partem amiſit. Hoc ſucceſſu elati Romani, Sicilia, ut iam ſuæ ditionis, relicta, Libyam & Carthaginem petere auſi ſunt, ductu & auſpicijs M. Reguli & L. Manlij:

M. Regulus & L. Manlius in Africam tranſeunt.

qui ob uirtutem prælati cæteris, cum in Sicilia appuliſſent, inſula ordinata, nauigationem Libycam adornarunt. Verùm Carthaginenſes eorum aduentu non expectato, claſſe celeriter comparata, iuxta Heracleam cum eis congreſsi ſunt. Cum'que diu æquo Marte pugnatum eſſet, Romani tandem uicerunt. Hamilcar uerò non amplius eis reſiſtere auſus, & cum ſpem haberet, domo ſibi miſſum iri exercitum, tempus extrahere cupiens, Hannonem ad eos per ſpeciem petendæ pacis miſit. Quem cum quidam comprehendendum eſſe clamitarent, quòd etiam Carthaginenſes Cornelium fraude cæpiſſent: » Si iſtud, inquit, feceritis, Afris nihilo iam » præſtantiores eritis. Ea tam opportuna adulatione incolumis euaſit. Illi uerò rurſus in bellum incubuerunt. Ac Conſules Meſſana profectos Hamilcar & Hanno diuiſis copijs utrinque circundare ſtatuerunt. Sed Hanno eorum acceſſu non expectato, ad Carthaginem tutandam properauit. quo Hamilcar cognito, eodem loco manſit. Cæterùm Romani exſcenſu in terram facto, Aſpidem urbem inuaſerūt: quos cum ciues accedere uidiſſent, è medio exceſſerunt. Ita urbem Romani uacuam cæperunt: eaq; ad belli gerendi commoditatem uſi, atq; inde erumpere ſoliti, agros uaſtarunt: & alias urbes ui, alias deditione ſubegerūt, magnamq; prædam cæperunt: & transfugas, ſuorumq; plurimos, bellis prioribus captos, receperunt. Cū hyems ſuperueniſſet, Manlius cum manubijs Romam nauigauit, Regulus in Africa manſit, Carthaginenſes uerò omnis generis malis

Καρχηδόνιοι σὺν τῷ Ἀννίβᾳ, πρὸς τοὺς οἴκοι δεδιότες. ἀντιπνεύσαντος δὲ πνεύματος σφίσιν, ἄμφω ὑπεχώρησαν. καὶ μετὰ ταῦτα ἐσφάλη διά τινων ψευδαυτομόλων τὸν Ἀννίβαν ὁ Ἀτίλιος, ὡς ἐς τὴν Λιβύην αὖθις πλευσόμενος. σπουδῇ τε οὖν αὐτῷ ἐξαναχθέντι ἐπιπλεύσας ὁ Σουλπίκιος, τὰς μὲν πλείους τῶν νεῶν, ἀγνοούσας ὑπὸ ὁμίχλης ἐπὶ πολὺ τὸ γινόμενον, καὶ ταραττομένας κατέδυσε· τὰς δὲ λοιπὰς καταφυγούσας ἐς τὴν γῆν, κενὰς εἷλεν. ὁ γὰρ Ἀννίβας οὐκ ἀσφαλῆ τὸν λιμένα ὁρῶν, καταλιπὼν αὐτάς, ἀνεχώρησεν εἰς πόλιν Σούλκους. ἐνταῦθα στασιασάντων πρὸς αὐτὸν Καρχηδονίων, προῆλθέ τε ἐς αὐτοὺς μόνος, καὶ ἀπώλετο. ἀδεέστερον δ᾽ ἐκ τούτου τὴν χώραν κατατρέχοντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἡττήθησαν ὑπὸ Ἄννωνος. ταῦτα ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο. καὶ συχνοὶ λίθοι ἐξ οὐρανοῦ ἐς τὴν Ῥώμην ἅμα πολλοί, ὡς καὶ χαλάζῃ ἐοικέναι, ἔπεσον. καὶ ἐς τὸ Ἄλβανον καὶ ἄλλοθι λίθους ὁμοίως συνέβη κατενεχθῆναι. οἱ δ᾽ ὕπατοι ἐπὶ Σικελίαν ἐλθόντες, ἐπὶ Λιπάραν ἐστράτευσαν. ἐπεὶ δ᾽ ὑπὸ τὴν ἄκραν τὴν Τυνδαρίδα καλουμένην ναυλοχοῦντας ᾔσθοντο τοὺς Καρχηδονίους, διχῇ τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο. καὶ θατέρου τῶν ὑπάτων μετὰ ἡμίσεος τοῦ ναυτικοῦ τὸ ἀκρωτήριον περιβαλόντος, νομίσας ὁ Ἀμίλκας μόνους εἶναι, ἐξανήχθη. ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐπεφαίνοντο, πρὸς φυγὴν ἐχώρησε, καὶ τοῦ ναυτικοῦ πλεῖστον ἀπέβαλεν. ἐπαρθέντες δ᾽ οἱ Ῥωμαῖοι, Σικελίαν μέν, ὡς ἤδη σφετέραν οὖσαν, κατέλιπον. τῇ δὲ Λιβύῃ, τῇ τε Καρχηδόνι ἐπιχειρῆσαι ἐτόλμησαν. ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ὅ τε Ῥήγουλος ὁ Μάρκος, καὶ Λούκιος Μάλλιος, ἐξ ἀρετῆς προκριθέντες. καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Σικελίαν πλεύσαντες, τὰ ἐκεῖσε καθίστων, καὶ τὸν ἐς τὴν Λιβύην ηὐτρέπιζον πλοῦν. Καρχηδόνιοι δὲ οὐκ ἀνέμειναν αὐτοὺς ἐπιπλεῦσαι σφίσιν, ἀλλὰ παρασκευασάμενοι πρὸς Σικελίαν ἀπήχθησαν, καὶ παρὰ τῇ Ἡρακλείᾳ πόλει ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἦλθον. ἰσορρόπου δὲ τῆς ναυμαχίας ἐπὶ πολὺ γινομένης, τέλος ὑπερέσχον Ῥωμαῖοι. Ἀμίλκας δὲ ἀντιστῆναι αὐτοῖς οὐκέτι ἐτόλμα· Ἄννωνα δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔπεμψεν, ὡς ὑπὲρ εἰρήνης, βουλόμενος τὸν καιρὸν τρίβειν (ἤλπιζε γὰρ στράτευμά οἱ πεμφθήσεσθαι οἴκοθεν). Ἄννωνα δὲ βοώντων τινῶν συλλαβεῖν αὐτόν, ὅτι καὶ Καρχηδόνιοι ἀπάτῃ συνείλαβον τὸν Κορνήλιον· ἂν τοῦτο ποιήσητε, εἶπεν, οὐδὲν ἔτι « κρείττους τῶν Λιβύων ἔσεσθε. « ἐκεῖνος μὲν οὖν δι᾽ εὐχαριτότητα ἀποκρίσεως αἰτίας, οὐδὲν ἔπαθεν. οἱ δὲ καὶ αὖθις τοῦ πολέμου ἤρχοντο. καὶ οἱ μὲν ὕπατοι ἐκ τῆς Μεσσήνης ἔπλεον, Ἀμίλκας δὲ καὶ Ἄννων διαιρεθέντες, ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς περισχεῖν ἔμελλον. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἄννων οὐχ ὑπέμεινε προσιόντας αὐτούς· προκαταπλεύσας δ᾽ ἐς Καρχηδόνα, ταύτην ἐφύλασσεν. ὁ δὲ Ἀμίλκας πυθόμενος τοῦτο, κατὰ χώραν ἔμεινεν. ἐκβάντες δ᾽ ἐς τὴν γῆν οἱ Ῥωμαῖοι, ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα τὴν πόλιν ἐχώρησαν. οὓς ἰδόντες προσιόντας οἱ ἐγχώριοι, προϋπεξῆλθον, καὶ ἀμαχεὶ κατασχόντες αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι, τοῦ πολέμου ὁρμητήριον ἐποιήσαντο. κἀντεῦθεν τήν τε γῆν ἐπόρθουν, καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐθελουσίας, τὰς δὲ φόβῳ προσεκτῶντο, λείαν τε πολλὴν ἐλάμβανον, καὶ αὐτομόλους πλείους ἐδέχοντο, καὶ τῶν οἰκείων συχνοὺς τῶν ἐν τοῖς πρὶν ἁλόντων πολέμοις ἐκομίζοντο. χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, Μάλλιος μὲν εἰς Ῥώμην σὺν τῇ λείᾳ ἀπέπλευσε, Ῥήγουλος δ᾽ ἐν τῇ Λιβύῃ ὑπέμεινε. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἐν παντὶ κακῷ

κακοῖς γεγόνασι, τῆς χώρας τε πορθουμένης αὐτῶν, καὶ τῶν περιοίκων ἀλλοτριουμένων, καὶ καταλειφθέντες εἰς τὸ τεῖχος ἡσύχαζον. ῥηγούλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ, δράκων ἐπεφάνη ὑπερμεγέθης, οὗ τὸ μῆκος λέγεται εἶναι ποδῶν ἑκατὸν πρὸς εἴκοσι. καὶ γὰρ ἡ λεβηρὶς αὐτοῦ εἰς τὴν ῥώμην ἐκομίσθη δι' ἐπίδειξιν. ἀνάλογον δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὄγκον τοῦ σώματος εἶχεν· ὃς συχνοὺς τῶν στρατιωτῶν τοὺς μὲν πελάζοντας αὐτῷ, τοὺς δὲ καὶ πίνοντας ἐκ τοῦ ποταμοῦ διέφθειρε. κατειργάσατο δ' αὐτὸν ὁ ῥηγοῦλος πλήθει στρατιωτῶν, καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις. καὶ τὸν μὲν οὕτως διέφθειρεν. τὸν δὲ ἀμίλκαν ἐν μετεώρου καὶ ξυλώδους στρατοπεδευόμενον χωρίου νύκτωρ προσέμιξε, καὶ πολλοὺς μὲν ἐν ταῖς εὐναῖς, πολλοὺς δ' ἐξεγερθέντας διώλεσεν. εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, τοῖς τὰς ὁδοὺς τηροῦσιν ἐμπίπτοντες ὤλλυντο. καὶ οὕτω τῶν τε καρχηδονίων μέρος ἀνηλώθη πολύ, καὶ πόλεις αὐτῶν συχναὶ πρὸς ῥωμαίους μεθίσταντο. φοβηθέντες δ' οἱ ἐν τῇ πόλει μὴ ἁλῶσι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτόν, τὸ παραυτίκα δεινὸν ὑπεκφύγωσιν. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἀπῃτοῦντο καὶ φορτικά, ὡς ἅλωσιν αὐτῶν ἐκεῖθεν νομίζεσθαι τὰς σπονδάς, πολεμεῖν μᾶλλον εἵλοντο. ὁ μέντοι ῥηγοῦλος μέχρι τότε εὐτυχῶν, αὐχήματος μεστὸς ἐγεγόνει, καὶ φρονήματος, ὥστε καὶ γράφειν εἰς τὴν ῥώμην, ὅτι κατεσφραγισμένας ἔχει τὰς τῶν καρχηδονίων πύλας ὑπὸ τοῦ φόβου. τὰ ἴσα δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ οἱ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐφρόνουν, ὅθεν καὶ διεσφάλησαν. ἦλθον μὲν γὰρ τοῖς καρχηδονίοις καὶ ἕτεροι σύμμαχοι, ἦλθε δὲ καὶ ἐκ λακεδαίμονος ξάνθιππος. οὗτος τὴν αὐτοκράτορα τῶν καρχηδονίων ἀρχὴν εἰληφὼς (ὅ, τε γὰρ δῆμος αὐτῷ τὰ πράγματα προθύμως ἐπέτρεψε, καὶ ὁ ἀμίλκας καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν τέλει ἑκουσίως ἐξέστησαν) τά τε ἄλλα παρεσκεύασεν εὖ, καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων τοὺς καρχηδονίους, ἐν οἷς ὑπὸ δέους ἦσαν, κατήγαγεν εἰς τὸ ὁμαλόν, ἐν ᾧ ἥ τε ἱππεία αὐτῶν, καὶ οἱ ἐλέφαντες πλεῖστον ἰσχύσειν ἔμελλον· καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἡσύχαζε, τηρήσας δέ ποτε τοὺς ῥωμαίους καταφρονητικῶς αὐλιζομένους. μέγα γὰρ φρονοῦντες τῇ νίκῃ, καὶ τὸν ξάνθιππον ὡς γραικὸν ὑπερορῶντες (οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἕλληνας, καὶ εἰς ὄνειδος δυσγενείας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται) τὰς στρατοπεδείας ἀπερισκέπτως ἐποιοῦντο· οὕτως οὖν τοῖς ῥωμαίοις διακειμένοις ὁ ξάνθιππος ἐπελθών, καὶ τὸ ἱππικὸν αὐτῶν διὰ τῶν ἐλεφάντων τρεψάμενος, πολλοὺς μὲν κατέκοψε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐζώγρησε, καὶ αὐτὸν τὸν ῥηγοῦλον· καὶ ἐν φρονήματι διὰ ταῦτα ἦσαν οἱ καρχηδόνιοι, τοὺς δὲ ἁλόντας περιέσωσαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν ῥωμαίων πρότερον ἐξ αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντες κτανθῶσι. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τῶν ἑαλωκότων ῥωμαίων ἐν θεραπείᾳ εἶχον, τὸν δὲ ῥηγοῦλον ἐν πάσῃ κακουχίᾳ πεποίηντο, τροφήν τε αὐτῷ ὅσον ἐκζῆν παρέχοντες, καὶ ἐλέφαντα προσῆγον συνεχῶς, ὅπως ὑπ' αὐτοῦ δειματούμενος, μήτε τῷ σώματι, μήτε τῇ διανοίᾳ ἡσυχάζοι. ἐπὶ συχνὸν δὲ κακώσαντες οὕτως αὐτόν, ἐς δεσμωτήριον ἔθεντο. τοὺς δὲ σφετέρους συμμάχους οἱ καρχηδόνιοι δεινότατα μετεχειρίσαντο. οὐ γὰρ εὐποροῦντες ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἃ προϋπέσχοντο, ἀπέπεμψαν αὐτούς, ὡς καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῖς οὐκ ἐς μακρὰν ἀποδώσοντες. ἐκέλευσαν δὲ τοῖς κομίζουσι σφᾶς εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον ἐκβιβάσαι, καὶ λάθρα ἀποπλεῦσαι. καὶ τὸν ξάνθιππον δὲ οἱ μὲν φασὶ καταποντίσαι αὐτούς, ἀποπλεύσαντα ἐπιπλεύσαντες.

οἱ δὲ

malis conflictantes (nam & ager uaſtabatur, & finitimi alienabantur) intra mœnia conglobati ſe continuerunt. Regulo ad Bagradam flumen caſtrametato, draco ingens uiſus eſt, cuius longitudo pedum C X X fuiſſe perhibetur, & pellis oſtentationis cauſa Romam perlata eſſe. Longitudini tantæ totius moles corporis reſpondit. Eum poſt multos milites, qui uel propius acceſſerant, uel è flumine biberant, deuoratos, Regulus militum copijs & catapultis confecit. Hamilcarem autem in ſyluoſo tumulo caſtra habentem, noctu aggreſſus, multos in cubilibus, multos experrectos occidit. quòd ſi qui euaſerant, ab ijs qui uias cuſtodiebant, excepti perierunt. Sic magna pars Carthaginenſium eſt abſumpta, & multæ urbes ad Romanos defecerunt. Itaque ij qui in urbe erant, ueriti ne caperentur, caduceatores ad eum miſerunt: ut eo tolerabili aliqua pactione amoto, imminens malum ſubterfugerent. Cum autem multa perquàm moleſta poſtularet, ut pacis conditiones nihil aliud quàm excidium iudicarent, paci bellum prætulerunt. Regulus enim ad id uſque tempus proſpera fortuna uſus, animis & faſtu adeò plenus fuit, ut Romam ſcriberet, ſe metu obſignatas habere Carthaginis portas. Idem affectus & eius militum, & ciuium Romanorum fuit. Vnde factum eſt, ut impingerent. Nam Carthaginenſibus cùm alij, tum Xanthippus Lacedæmonius auxilio uenerunt. Qui Imperator creatus (nam ei & populus cupidè ſummam rerum detulit, & Hamilcar cæteriq́ principes ultro ceſſerunt) cùm alia probè ordinauit, tum Carthaginenſes à tumulis, in quibus præ metu agebant, in planiciem deduxit, ubi & equitatus eorum & elephantes plurimum poterant. Hic alijs temporibus quietus, expectauit dum Romani caſtra negligenter tuerentur. Elati enim uictoria, & Xanthippum ut Græculum (quo nomine per contemptum utuntur) nihili facientes, ſecuri agitabant. Sic affectos Romanos adortus, eorumq́ equitatu per elephantos profligato, multos occidit, multos cæpit, atque ipſum Regulum. Qua uictoria Carthaginenſes etſi animos receperant, tamen captiuos conſeruarunt: ne ij quoque, quos pridem Romani cæperant, occiderentur. Ac cæteros quidem benè tractarunt, Regulum autem omnibus modis afflixerũt. Nam & tantum cibi præbebant, unde uitam ſuſtentare poſſet, & cõtinenter elephantum ad eum adducebant: à quo territus, neq́ animo neq́ corpore conquieſceret. Denique poſt has uexationes eum in carcerem coniecerunt. Suos etiam fœderatos crudeliſsimè tractarũt. Nam cum ea quæ promiſerant, præſtare non poſſent, eos dimiſerunt, ut ſtipendia non multo pòſt perſoluturi. Sed uectores eorum iuſſerunt, ijs in deſerta quadam inſula expoſitis, clam diſcedere. Xanthippum alij ſubmerſum ab alijs ferunt, abeuntem perſecutis.

Draco 120 pedum à Regulo occiſus.

Regulus per ſuperbiam calamitati uiã parat.

Xanthippus Lacedæmonius Regulum capit.

Carthaginenſium in ſocios crudelitas.

alij

alij nauem ei datam ueterem, & ruinarum plenam, extrinſecus recens picatam, ut in ea per ſe ſubmergeretur: quo is animaduerſo, alia naui conſcenſa euaſerit. Id uerò factum, ne ab illo conſeruati uiderentur. Putabant enim, eo ſublato, etiam rerum geſtarum gloriam unà perituram. Romanis ea clade mœſtis, illud dolorem auxit, quòd Carthaginenſes ad ipſam urbem nauigaturos arbitrabantur. His de cauſis & Italiam præſidijs muniuerunt, & Conſules M. Aemylium & Fuluium Plætinum ad Romanos, qui in Sicilia & Libya erant, celeriter miſerunt. Qui cùm Sicilia præſidijs firmata, in Africam nauigarent, tempeſtate ad Corſuram delati, uaſtata inſula, & præſidijs munita, perrexerunt. Ac tum acre prælium in mari commiſſum eſt cum Carthaginenſibus. Hi enim annitebantur, ut Romanos è ſua ditione penitus ejcerent: Romani uerò, ut ſuos ex hoſtili terra recuperarent. Ancipiti pugnæ euentu, Romani qui Aſpide erant, à tergo Carthaginenſes ex improuiſo adorti, utrinque circumuentos uicerunt. Deinde Romani, etiam pedeſtri prælio uictores, cæperunt multos, quos propter Regulum & concaptiuos eius conſeruarunt: abacta que præda, in Siciliam redierunt. Sed tempeſtate conflictati, multis amiſſis, cum reliquis nauibus domum redierunt. Carthaginenſes autem & Corſuram receperunt, & in Siciliam traiecerunt. ac niſi Collatinum & Cn. Cornelium cum magna claſſe aduentare cognouiſſent, eam totam ſubegiſſent. Romani enim optimam claſſem celerrimè compararunt, & delectus fortiſſimorum uirorum habuerunt: itaq; firmati ſunt, ut tertio menſe in Siciliam redirent. Id factum anno ab Vrbe condita quingenteſimo. Ac Panormi urbem inferiorem facilè cæperunt: ſed in arcis obſidione difficultatibus conflictati ſunt: donec præſidiarij commeatu deſtituti, Conſulibus deditionem fecerunt. Carthaginenſes autem, obſeruatis nauibus eorum domum rediturís, multas pecuniæ plenas cæperunt. Deinde Seruilius Cæpio & C. Sempronius Coss. Lilybæo fruſtra tentato, in Africam tranſuecti, oram maritimam infeſtarunt. in reditu incommodum ex tempeſtate cæperunt. Itaque populus exiſtimans detrimenta illa ex rei naualis imperitia capi, reliquo mari abſtinere, & Italiam duntaxat paucis tueri nauibus decreuerunt. Anno ſequenti, P. Caius & Aurelius Seruilius in Siciliam profecti, cùm alia loca, tum Himeram cæperunt, ſed uacuã ciuibus, quos Carthaginenſes noctu aſportarant. Poſt hæc Aurelius nauibus ab Hierone acceptis, & Romanis omnibus qui in inſula erant aſſumptis, Liparam traiecit: ibiq; Q. Caſſio tribuno militum relicto, qui eam ſine pugna obſideret, domum rediit. ſed Q. mandato Conſulis neglecto, urbem aggreſſus, multos amiſit. Qua deinde Aurelius expugnata, omnes occidit, & Caſſio magiſtratũ abrogauit.

Cartha-

Carthaginenſes denuò à Romanis uicti, Siciliã repetunt.

Liparæ excidium.

οἱ δὲ ναῦν αὐτῷ δοῦναι παλαιάν, μεστὴν σίγουσαν, ἣν κατασκευάσαντες ἔξωθεν, ἵν' αὐτῇ ἐφ' ἑαυτοῦ καταποντισθῇ, τὸν δὲ γνόντα τοῦτο εἰς ἑτέραν ἐμβῆναι, καὶ οὕτω διασωθῆναι. ταῦτα δὲ ἐποίουν, ἵνα μὴ δοκοῖεν πρὸς ἐκείνου σεσῶσθαι. ἐνόμισαν γάρ, ἀπολωλότος αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν ἔργων δόξαν συναπολεῖσθαι. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἤλγουν μὲν διὰ τὸ συμβάν, καὶ πλέον ὅτι τοὺς Καρχηδονίους ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν προσεδόκων ἀποπλεύσεσθαι. διὰ ταῦτα τήν τε Ἰταλίαν ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τῇ τε Λιβύῃ ὄντας Ῥωμαίους σπουδῇ τοὺς ὑπάτους ἔπεμψαν, Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Φούλβιον Πλαύτινον. οἱ δὲ Σικελίαν παραπλεύσαντες, καὶ φρουρήσαντες τὰ ἐκεῖ, πρὸς Λιβύην ὡρμήκεσαν. καὶ χειμῶνι ληφθέντες, κατηνέχθησαν ἐς Κόρκυραν. πορθήσαντες δὲ τὴν νῆσον, καὶ φρουρᾷ παραδόντες, ἔπλεον αὖθις. κἀν τούτῳ ἰσχυρὰ ναυμαχία πρὸς Καρχηδονίους ἐγένετο. ἠγωνίζοντο γὰρ οἱ μὲν παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς οἰκείας ἐκβαλεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας σφῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ ἀνασώσασθαι. ἀγχωμάλως δὲ μαχομένων, οἱ ἐν τῇ Ἀσπίδι ὄντες Ῥωμαῖοι, κατὰ νώτου τοῖς Καρχηδονίοις ἐξαίφνης ἐπέπλευσαν· καὶ ἀμφιβόλους αὐτοὺς καταλαβόντες, ἐνίκησαν. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῷ πεζῷ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ εἷλον πολλούς, οὓς διὰ τὸν Ῥηγοῦλον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἁλόντας περιεσώσαντο. ἁρπαγὰς δὲ τινας ποιησάμενοι, ἐς Σικελίαν ἔπλεον. χειμῶνι δὲ περιπεσόντες, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, οἴκαδε ταῖς ναυσὶ ταῖς περισωθείσαις ἀπέπλευσαν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τὴν Κόρκυραν ἔλαβον, καὶ ἐς Σικελίαν ἐπεραιώθησαν. καὶ εἰ μὴ τὸν Κολλατῖνον καὶ Γνάϊον Κορνήλιον ἔμαθεν πολλῷ προσπλέοντας ναυτικῷ, πᾶσαν ἂν αὐτὴν ἐχειρώσαντο. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ναυτικόν τε ἄριστον ταχέως ἐξήρτυσαν, καὶ καταλόγους βελτίστους ἐπεποιήκεσαν. καὶ οὕτως ἐρρώσθησαν, ὥστε τρίτῳ μηνὶ ἐς τὴν Σικελίαν ἐπανελθεῖν. πεντακοσιοστὸν δ' ἦν ἔτος, ἀφ' οὗ περ ἡ Ῥώμη συνῴκισται. καὶ τὴν μὲν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν οὐ χαλεπῶς εἷλον, τῇ δὲ ἄκρᾳ προσεδρεύοντες ἐκακοπαθήσαν, μέχρις οὗ τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπέλιπεν ἡ τροφή. τότε γὰρ προσεχώρησαν τοῖς ὑπάτοις. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὰς ναῦς αὐτῶν οἴκαδε πλεούσας τηρήσαντες, εἷλον συχνὰς χρημάτων μεστάς. εἶτα Σερουΐλιός τε Καιπίων καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος ὕπατοι, τὸ μὲν Λιλύβαιον πειράσαντες ἀπεκρούσθησαν, ἐς δὲ τὴν Λιβύην ἐπεραιώθησαν, καὶ τὴν παραλίαν ἐπόρθουν. ὡς δὲ ἐκομίζοντο οἴκαδε, χειμῶνι ἐνέτυχον καὶ ἐβλάβησαν. διὸ νομίσας ὁ δῆμος δι' ἀπειρίας τῶν ναυτικῶν βλάπτεσθαι, τῆς μὲν ἄλλης θαλάσσης ἀπέχεσθαι ἐψηφίσαντο, ναυσὶ δὲ ὀλίγαις τὴν Ἰταλίαν φρουρεῖν παρεσκεύαζον. τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει Πούπλιος Γάϊος καὶ Αὐρήλιος Σερουΐλιος ἐς τὴν Σικελίαν ἦλθον, καὶ ἄλλα τε τινὰ κατεστρέψαντο, καὶ Ἱμέραν· οὐ μέντοι τινὰ συνέσχον τῶν ἐν αὐτῇ. νυκτὸς γὰρ αὐτοὺς οἱ Καρχηδόνιοι ἐξεκόμισαν. μετὰ δὲ τοῦτο Αὐρήλιος ναῦς τε παρὰ Ἱέρωνος εἰληφώς, καὶ ὅσοι τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐκεῖ συμπαραλαβών, ἔπλευσεν ἐς Λιπάραν, καὶ ἐν αὐτῇ χιλίαρχον Κύϊντον Κάσσιον καταλιπών, προσεδρεύοντα μάχης ἄνευ, ἀπῆρξεν οἴκαδε. Κύϊντος δὲ μὴ φροντίσας τῆς ἐντολῆς, προσέμιξε τῇ πόλει, καὶ πολλοὺς ἀπέβαλεν. ὁ μέντοι Αὐρήλιος μετὰ ταῦτα ἐκείνους ἑλών, πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Κάσσιον τῆς ἀρχῆς ἔπαυσε.

Καρχη-

Καρχηδόνιοι δὲ τὰ δόξαντα τοῖς Ῥωμαίοις περὶ τοῦ ναυτικοῦ μαθόντες, ἔπεμψαν εἰς Σικελίαν, πᾶσαν ὑποτάξαι τότε ἐλπίζοντες. καὶ ἕως μὲν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι Καικίλιος Μέτελλος καὶ Γάϊος Φούριος, ἠρέμουν. ὡς δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπῆρεν ὁ Φούριος, καταφρονήσαντες τοῦ Μετέλλου, καὶ πρὸς τὸ Πάνορμον ἦλθον. ὁ δὲ Μέτελλος κατασκόπους ἐλθεῖν μαθὼν ἐκ τῶν πολεμίων, ἤθροισε τοὺς ἐν τῇ πόλει πάντας, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, ἀλλήλων λαβέσθαι σφίσιν ἐκέλευσε. καὶ οὕτως ἕκαστον ἀνακρινομένου τίς τε εἴη, καὶ ὅ,τι πράττοι, κατεφώρασε τοὺς πολεμίους. Καρχηδόνιοι δὲ παρετάξαντο ὡς μαχούμενοι, καὶ Μέτελλος δεδιέναι προσεποιεῖτο. τούτου δ᾽ ἤδη πλείους ἡμέρας γινομένου, οἱ Καρχηδόνιοι ἐφρονηματίσθησαν, καὶ προσέβαλλον θρασύτερον. καὶ τότε ὁ Μέτελλος σημεῖον τοῖς Ῥωμαίοις ἦρε· κἀκ τοῦ ἐξαπιναίως ἐκεῖνοι κατὰ πάσας τὰς πύλας ἐπεκδραμόντες, ῥᾳδίως ἐκράτησαν, καὶ ἐς στενὸν αὐτοὺς κατέκλεισαν, ὥστε μηκέτ᾽ ἀναχωρῆσαι διὰ τοῦτο δυνηθῆναι. στενοχωρούμενοι γὰρ ἅτε καὶ αὐτοὶ πολλοὶ ὄντες, καὶ πολλοὺς ἐλέφαντας ἔχοντες ἐταράττοντο. κἂν τούτῳ τὸ ναυτικὸν τὸ Λιβυκὸν προσέπλευσεν αὐτοῖς, ἐγγὺς φθορᾶς αἰτιώτατον. ἰδόντες δὲ τὰς ναῦς, ὥρμησαν εἰς αὐτάς, καὶ ἐμβαίνειν ἐξεβιάζοντο, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπίπτοντες, διεφθείροντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμπαλασσομένων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπώλλυντο. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκτείνοντο. πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν, ἄνδρες τε καὶ ἐλέφαντες. ἐπειδὴ δὲ ἄνευ τῶν συνήθων σφίσιν ἀνδρῶν ὄντες ἠγριαίνοντο, κήρυγμα τοῖς αἰχμαλώτοις ὁ Μέτελλος ἐποιήσατο, σωτηρίαν καὶ ἄδειαν τοῖς συλλαβοῦσιν αὐτοὺς διδούς· καὶ οὕτως προσελθόντες τοῖς σφῶν πρᾳοτάτοις, ἐκείνους τε διὰ τῆς συνηθείας ἐχειρώσαντο, καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπάσαντο, οὓς καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισαν, ἑκατὸν ὄντας καὶ εἴκοσιν, οὕτως αὐτοὺς τὸν πορθμὸν περαιώσαντες. πίθους πολλοὺς συνδήσαντες ἀλλήλοις, καὶ ξύλοις διαλαβόντες σφᾶς, ὥστε μήτ᾽ ἀπαρτᾶσθαι σφᾶς, μήτε συμπίπτειν, δοκοὺς ἐπ᾽ αὐτῶν ἐπέτειναν, καὶ ὕλην καὶ γῆν ἐπεφόρησαν, φράξαντές τε πέριξ τὸ χωρίον, ὡς αὐλῇ τινι ἐοικέναι, εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐπεβίβασαν, καὶ διεπόρθμευσαν, οὐδ᾽ αἰσθανομένους ὅτι πλέουσιν. ὁ μὲν οὖν Μέτελλος οὕτως ἐνίκησεν. ὁ δ᾽ Ἀσδρούβας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς σωθεὶς τότε, ὕστερον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐκλήθη, καὶ ἀνεσκολοπίσθη. οἱ Καρχηδόνιοι δὲ διεκηρυκεύσαντο τοῖς Ῥωμαίοις διά τε τἆλλα, καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τοῖς πρέσβεσι καὶ αὐτὸν τὸν Ῥήγουλον συνέπεμψαν, πᾶν δι᾽ αὐτοῦ οἰηθέντες κατορθῶσαι διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός. ὁρκώσαντές τε αὐτόν, ἦ μὴν ἐπανήξειν. καὶ ὃς τά τε ἄλλα ὡς τῶν Καρχηδονίων ἔπραττε, καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα εἰς λόγους ἐδέξατο, οὔτε τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καίτοι καλούμενος, ἀλλ᾽ ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης (ὡς ἔθος ἦν χρηματίζειν τῶν πολεμίων τοῖς πρέσβεσιν) εἰσελθὼν εἰς τὸ συνέδριον, εἶπεν· ἡμᾶς, ὦ πατέρες, πρὸς ὑμᾶς Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν (ἐκείνων γάρ με ἐστάλκασιν, ἐπεὶ δοῦλος αὐτῶν νόμῳ πολέμου γεγένημαι) καὶ ἀξιοῦσι μάλιστα μὲν καὶ τὸν πόλεμον λύσασθαι ἐφ᾽ οἷς συμβαίνειν ταῖς δυνάμεσιν ἀμφοῖν. εἰ δὲ μή, τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι ἄλλαγμα. ταῦτα εἰπὼν μετέστη μετὰ τῶν πρέσβεων, ὡς ἂν καθ᾽ ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι βουλεύσωνται. κελευόντων δὲ αὐτὸν τῶν ὑπάτων συμμετασχεῖν σφίσι τῆς διαγνώμης, οὐ πρὶν ἐπείσθη, πρὶν ἐπιτραπῆναι παρὰ τῶν Καρχηδονίων. ὁ δὲ τότε μὲν ἐσιώπα. ἐπεὶ δὲ ἐβουλεύοντο εἰπεῖν αὐτὸν γνώμην ἐκέλευον, ἔφη· εἰμὶ μὲν εἷς ἐξ ὑμῶν, ὦ πατέρες, κἂν μυριάκις ἁλῶ.

Ἑλὼν ὁ Μέτελλος τοὺς τῶν πολεμίων κατασκόπους ἐφώρασε.

Ὅτι πολλοὺς ἐφόνευσε καὶ Καρχηδονίους στρατηγὸς ἐνίκησεν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον.

Ὅπως τοὺς ἐλέφαντας οἱ Ῥωμαῖοι διεπόρθμευσαν τὸν πορθμόν, καὶ εἰς Ῥώμην ἀνήγαγον.

Ὅτι Ῥήγουλον εἰς Ῥώμην οἱ Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν, καὶ αὐτὸν τὸν Ῥωμαίων ... ἀνεῖλον ... .

Carthaginenſes decreto Romanorū de re nauali cognito, claſſem ſpe totius Siciliæ potiundi miſerunt. Ac dum ambo Coſs. Cæcilius Metellus & C. Furius aderant, quieuerunt. Sed cum Furius Romam rediſſet, Metello contempto, ad Panormum acceſſerunt. Metellus cognita exploratorum præſentia, omnibus qui in urbe erant conuocatis, pro concione edixit, ut ſeſe inuicem prehenſarent: & quemuis rogando quis eſſet, quidꝙ ageret, hoſtes deprehendit. Carthaginenſibus autem ad pugnam ſe parantibus, per dies complures metu ſimulato, effecit, ut elati animis audacius mœnia oppugnarent. Signoꝙ dato, Romanis ſubitò portis omnibus erumpere iuſsis, facilè uicit in anguſtias redactos: unde cum euadere non poſſent, in tanta & uirorum & elephantorum multitudine, turbabantur. Sed interea claſsis Punica appellens, exitij cauſa in primis eis fuit. Nam dum naues conſcendere contendunt, partim in mari perierunt, partim ab elephantis & ſeſe & homines urgentibus conculcati, partim à Romanis occiſi ſunt. Capti etiam multi & uiri & elephantes: qui cum magiſtros ſuos non habentes exaſperarentur, Metellus captiuis, qui eos cœpiſſent, ſalutem & impunitatem præconio promitti iuſsit. Sic illi manſuetiſsimis & notis captis, etiam cæteros attraxerunt: qui CXX numero, ſic per fretum Romam ſunt traducti. Dolia multa inter ſeſe deuinxerunt, & lignis inſertis ita diſtinxerunt, ut neque ſepararentur, neque coirent: ea'que trabibus conſtrata, ſarmentis & terra ingeſta, circumſepſerunt, ut ſtructura illa ſtabuli inſtar eſſet: in eam'que introductos, ſine ſenſu nauigationis traiecerunt. Hac uictoria potito Metello, Haſdrubal dux tum quidem euaſit: ſed pòſt à Carthaginenſibus reuocatus, atque in crucem actus eſt. Qui cùm alijs de cauſis, tum ob captiuorum multitudinem, Romam legatos miſerunt, adiuncto Regulo, quem propter uirtutem & autoritatem nihil non impetraturum arbitrabantur, iureiurando obſtrictum, ut rediret. Is & alijs in rebus ſe pro Carthaginenſe geſsit, neque uxorem ad colloquium admiſit: neque urbem, quamuis uocaretur, ingreſſus eſt. Sed ſenatu extra urbem coacto (ita enim reſpondere legatis hoſtium moris erat) in concilium introductus, dixit: Nos, P. C. Carthaginēſes ad uos miſerunt (nam ego quoꝙ iure belli ſeruus eorum factus ſum) petentes in primis, ut pax ijs conditionibus, quas utrinꝙ probaueritis, fiat: ſin id nolitis, ut ſaltem captiui permutentur. Hæc locutus, cum legatis ſeceſsit, ut Romani ſoli deliberarent. Cum autem à Coſs. intereſſe deliberationi iuberetur, non paruit, priuſquam id Carthaginēſes permiſiſſent. Ac tacitus aſsidens, cum ſententiam rogaretur, ait: Ego, P. C. ſi uel millies captus fuero, ueſtrûm unus ſum.

Cæcilius Metel. Haſdrubalem ad Panormum uincit.

Elephantes CXX Romam perducti.

Haſdrubalis interitus.

M. Attilius Regulus ob diſſuaſam captiuorū permutationem, à Carthaginenſibus excruciatur.

Nam meum corpus penes Carthaginēſes eſt, animus uerò meus uobiſcum. Ac illud quidem alienatum à uobis: hic, quo minus Romanorum ſit, efficere nemo poteſt: ac ut captiuus, ad Carthaginenſes pertineo. Cum autem nulla improbitate, ſed rei bene gerendæ ſtudio cladem accepetim, Romanus ſum: uobisq́ conſultum cupio, & pacificationem nullo modo è re ueſtra eſſe duco. His dictis, ſuæq́ ſententiæ rationibus adductis, ſubiecit: Scire ſe, haud dubium exitium ſibi inſtare. neque enim Carthaginenſibus clam eſſe poſſe, quid ſuaſerit, ſed ſic quoque Reipublicæ commodum priuata incolumitate ſibi eſſe antiquius. Quod ſi quis dixerit, Cur non auſugiat, aut Romæ maneat? ei ſe reſponſurum, ſe iureiurando reditum promiſiſſe. id ſe hoſtibus etiam cùm ob alia ſeruaturum eſſe: tum quòd ſeruata fide, ſolus ærumnam paſſurus eſſet: uiolata, tota ciuitas periurij crimine obſtringeretur. Senatu autem ſalutis illius cauſa, tum ad pacem faciendam, tum ad permutandos captiuos parato: ne à ratione utilitatis ſua cauſa decederent, uenenum ſibi datum eſſe finxit, ex quo omnino periturus eſſet. Ita neque pace neque captiuorum permutatione facta, quum eum cum legatis abeuntem, præter alios uxor & liberi retinerent: Conſules neque manere uolentem dedituros, neque abiturum detenturos eſſe dicerent: iuriſiurandi religione priuatis affectibus antepoſita, diſceſsit. Et à Carthaginenſibus per cruciatum, ut aiunt, interfectus eſt. Nam palpebris præciſis, cum aliquandiu in tenebris concluſerunt. Deinde in uas quoddam refertum ſtimulis coniectum, & ad ſolem cōuerſum, doloribus & uigilijs, cum nuſquam inclinare ſe poſſet, peremerunt. Quibus Romani auditis, principes captiuorum, eius liberis uiciſsim & excruciandos & necandos tradiderunt: & Coſs. C. Atilio, Reguli fratri, & L. Manlio, bellum Africanum decreuerunt.

Lilybæi irrita oppugnatio. Qui cum in Sicilia Lilybæum oppugnarent, & foſſæ partem ad machinas adducendas explere aggreſsi eſſent, Carthaginenſes ſubterfodientes, terram ſubtraxerunt: ſed cum operarum multitudine uincerentur, alium murum intus lunatum ſtruxerunt. Romanis autem cuniculos ſubter muros agentibus, ut ijs in cauernas deſidentibus, irruerent: Carthaginenſes contrà ſodientes, multos id ignorantes exceptos trucidarunt, multos igni ſarmentis iniecto in ſoſsis cremarunt. Sed cum quidam è ſocijs moram obſidionis, & ſtipendia non integra numerata ægréſcerentes, de oppido prodendo cum Romanis agerent: *Hamilcar proditionē callidè compeſcit.* Hamilcar eo conſilio animaduerſo, ſed diſsimulato, ne illi palàm deficerent, pecunia magiſtratibus data, multitudini promiſſa, ſic eos reconciliauit, ut proditionem non inficiati, poſtremos legatos redeuntes non reciperent: qui ad Conſules profugi, agro in Sicilia & alijs rebus donati ſunt, Carthaginenſes qui domi erant, his auditis, Ardebam cum plurimis nauibus, frumentum &

τὸ μὲν γὰρ σῶμά μου Καρχηδονίων, ἡ δὲ ψυχή μου ὑμετέρα ἐστίν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑμῶν ἀλλοτρίωται, ταύτην δὲ οὐδεὶς δύναται μὴ οὐχὶ Ῥωμαίαν εἶναι ποιῆσαι· καὶ ὡς μὲν αἰχμάλωτος Καρχηδονίοις προσήκω· ἐπεὶ δ' οὐκ ἐκ κακίας, ἀλλ' ἐκ προθυμίας ἐδυστύχησα, καὶ Ῥωμαῖός εἰμι, καὶ φρονῶ τὰ ὑμέτερα, καὶ οὐδ' ἐξ οὐδενὸς τρόπου λυσιτελεῖν ὑμῖν τὰς καταλλαγὰς νομίζω. ταῦτα ὁ Ῥήγουλος εἰπών, καὶ τὰς αἰτίας προσθείς, δι' ἃς τὰς συμβάσεις ἀπηγόρευε, καὶ ἐπήγαγεν, ὡς οἶδα μὲν ὅτι μοι προῦπτος ὄλεθρος πρόκειται. ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτοὺς ἃ συνεβούλευσα, ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας τὸ κοινῇ συμφέρον προτίθημι. εἰ δέ τις φήσει, τί οὖν οὐκ ἐκδιδράσκεις, ἢ ἐνταῦθα καταμένεις; ἀκούσεται, ὅτι ὤμοσα αὐτοῖς ἐπανήξειν, καὶ οὐκ ἂν παραβαίην τοὺς ὅρκους, οὐδ' εἰ πρὸς πολεμίους γεγένηνται, καὶ δι' ἄλλα, μάλιστα δ', ὅτι τὸ δεινὸν ἐμπεδώσας μὲν μόνος πείσομαι· ἂν δ' ἐπιορκήσω, πᾶσα ἡ πόλις ἀναπλησθήσεται. ἡ γερουσία δὲ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἕνεκα, καὶ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀντιδοῦναι προτεθύμητο. γνοὺς οὖν τοῦτο αὐτός, ἵνα μὴ τὸ συμφέρον δι' αὐτὸν καταπροῶνται, ἐπλάσατο πεπωκέναι φάρμακον δηλητήριον, καὶ μέλλειν πάντως δι' αὐτοῦ ἀπολεῖσθαι. καὶ οὔτε ἡ σύμβασις γέγονεν, οὔτε τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἀμοιβή. ἀπιόντος δ' αὐτοῦ σὺν τοῖς πρέσβεσιν, ἀντελάβοντο ἄλλοι τε, καὶ οἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή. οἱ δ' ὕπατοι μήτ' ἐθέλοντα καταμεῖναι αὐτὸν ἐκδώσειν ἔφασαν, μήτ' ἀπιόντα κατασχεῖν. καὶ οὕτω προτιμήσας μὴ παραβῆναι τοὺς ὅρκους, ἀνεκομίσθη· καὶ αἰκισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἡ φήμη λέγει, ἀπώλετο. τὰ γὰρ βλέφαρα αὐτοῦ περιτεμόντες, καὶ χρόνον τινὰ ἐν σκότῳ καθείρξαντες, εἶτα εἰς σκεῦός τι σύμπηκτον κέντρα πανταχόθεν ἔχον ἐμβαλόντες αὐτόν, καὶ τρέψαντες πρὸς ἥλιον, οὕτως ὑπὸ κακοπαθείας καὶ ἀγρυπνίας μὴ δυνάμενόν που κλιθῆναι διὰ τὰ κέντρα διέφθειραν. ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι, τοὺς πρώτους τῶν αἰχμαλώτων παρέδοσαν τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ ἀντικαικίζεσθαι, καὶ ἀντικτεῖναι. τοὺς δ' ὑπάτους ἐπὶ τὴν Λιβύην στρατεύεσθαι ἐψηφίσαντο, Γάιόν τε Ἀτίλιον τὸν τοῦ Ῥηγούλου ἀδελφόν, καὶ τὸν Μάλλιον τὸν Λούκιον. οἱ ἐν τὴν Σικελίαν ἐλθόντες, τὸ Λιλύβαιον προσέβαλον, καί τι μέρος τῆς τάφρου συγχῶσαι εἰς τὴν τῶν μηχανημάτων προσαγωγὴν ἐπεχείρησαν. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ὑπορύσσοντες, τὸν χοῦν ὑφεῖλον. ἐπεὶ δ' ἠλαττοῦντο τῇ πολυχειρίᾳ, τεῖχος ἕτερον ἔνδον μηνοειδὲς ᾠκοδόμησαν. καὶ οἱ μὲν ὑπονόμους ὑπὸ τὸν κύκλον εἰργάζοντο, ὅπως κατὰ τὸ διάκενον αὐτῶν ἱζήσαντος τοῦ τείχους, εἰσπέσωσιν. οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἀντορύσσοντες, πολλοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ γινόμενον ἐκδεχόμενοι ἔκτανον, πολλοὺς δὲ καὶ πῦρ ἐν φρυγάνοις εἰς τὰ ὀρύγματα ἐμβαλόντες ἔφθειρον. ἐπεὶ δέ τινες τῶν συμμάχων τῇ τε διατριβῇ τῆς πολιορκίας ἀχθόμενοι, καὶ τῷ μὴ τὸν μισθὸν αὐτοῖς ἐντελῆ καταβάλλεσθαι, προδοῦναι τὸ χωρίον τοῖς Ῥωμαίοις διεκηρυκεύοντο, ἐφώρασεν ὁ Ἀμίλκας τὸ βουλευόμενον, οὐκ ἐξήνεγκε δέ, ἵνα μὴ πολεμώσῃ αὐτούς· χρήματα δὲ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν παρασχών, καὶ τῷ πλήθει προσυποσχόμενος ἕτερα, οὕτως αὐτοὺς ᾠκειώσατο, ὥστε μὴ δ' ἀρνήσασθαι τὴν προδοσίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τελευταίους πρέσβεις ἐπανιόντας ἀπώσασθαι, οἳ πρὸς τοὺς ὑπάτους αὐτομολήσαντες, γῆν τε ἐν Σικελίᾳ καὶ ἕτερα ἔλαβον. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ οἴκοι Καρχηδόνιοι, πέμπουσιν Ἀρδέβαν σὺν ναυσὶ πλείσταις ἐς τὸ Λιλύβαιον

ἵνα Ῥωμαίων ὁ Ῥήγουλος συμβουλεύσας, γνώμην δοὺς [illegible] [illegible] ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα, ἵνα μὴ [illegible] ὑμεῖς διαφθαρῆτε.

στρατεία Ῥωμαίων εἰς τὴν Λιβύην, καὶ πολιορκία τοῦ Λιλυβαίου.

ἵνα οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τῇ πολιορκίᾳ τοῦ Λιλυβαίου παρὰ τῶν Καρχηδονίων ἐκτείνοντο.

λιλύβαιον σῖτον ἀγούσαις, καὶ χρήματα. καὶ ὃς χειμῶνα ἐπιτηρήσας, ἐσέπλευσε. κἀκ τούτου καὶ ἄλλοι συχνοὶ καταίρειν ὁμοίως ἐτόλμων· καὶ οἱ μὲν ἐπετύγχανον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. ἕως μὲν οὖν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι, ἰσοπαλῶς οἱ ἀγῶνες ἐγίνοντο. νόσου δὲ καὶ λιμοῦ τρυχόντων αὐτοὺς, καὶ τοῦ ἑτέρου οἴκαδε διὰ ταῦτα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἀναχωρήσαντος, ἀμίλκας θαῤῥήσας ἐπεξῄει, καὶ τὰς μηχανὰς ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐπαμύνοντας αὐταῖς ἔφθειρε. καὶ ὁ ἵππος αὐτοῦ ἐκ τῶν δρεπάνων ὁρμώμενος, τά τε ἐπιτήδεια κομίζεσθαι τοὺς ῥωμαίους ἐκώλυε, καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέτρεχε, καὶ ὁ ἀρδέβας ποτὲ μὲν τῆς σικελίας, ποτὲ δὲ τῆς ἰταλίας τὰ παράλια ἐκάκουργεν, ὅθεν οἱ ῥωμαῖοι ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν. τέως μέντοι λούκιος ἰούνιος ἡτοίμαζε ναυτικόν, κλαύδιος δὲ πούλχερ ἐς τὸ λιλύβαιον ἐπειχθεὶς, καὶ τριήρεις πληρώσας, συνέλαβε διὰ αὐτῶν ἄννωνα τὸν καρχηδόνιον ἐκπλέοντα πεντήρει. καὶ παράδειγμα τοῖς ῥωμαίοις τῆς κατασκευῆς τῶν νεῶν ἐγένετο. πολλάκις δὲ τοῦ ναυτικοῦ κινδυνεύοντος, ἐβαρύνοντο οἱ ῥωμαῖοι τῇ συνεχεῖ τῶν νεῶν φθορᾷ. ἄνδρας γὰρ συχνοὺς καὶ χρήματα πλεῖστα ἐν ταύταις ἀπώλλυσαν. οὐ μέντοι γε καὶ ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καί τινα φθεγξάμενον περὶ καταλλαγῶν πρὸς καρχηδονίους ἐν τῇ βουλῇ διεχειρίσαντο, καὶ λεχθῆναι δικτάτορα ἐψηφίσαντο. καὶ δικτάτωρ μὲν ὁ κολλατῖνος ἐλέχθη, ἵππαρχος δὲ ὁ μέτελλος· οὐδὲν δὲ μνήμης ἔπραξαν ἄξιον. ἐν ᾧ δὲ κολλατῖνος δικτάτωρ ἐλέγετο, ἐν τούτῳ τὸν ἔρυκα παρεστήσατο ὁ ἰούνιος, καὶ ὁ καρθάλων κατέσχεν αἴγιθαλον, καὶ ἐζώγρησε τὸν ἰούνιον. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει αὐρήλιος γάϊος καὶ σερουίλιος πούπλιος τὴν ἀρχὴν λαβόντες, τό τε λιλύβαιον καὶ τὸ δρέπανον ἐλύπουν, καὶ τοὺς καρχηδονίους τῆς γῆς ἀπεῖργον, καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέτειρον. ὁ οὖν καρθάλων πολυτρόπως ἐπιχειρήσας κατ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, ἐς ἰταλίαν ὥρμησεν, ἵν' οὕτω τοὺς ὑπάτους μετάγαγῃ ἐκεῖ, ἢ τέως τὴν χώραν κακώσῃ, καὶ πόλεις αἱρήσῃ. ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθά τι αὐτῷ προσεχώρησε. τὸν γὰρ στρατηγὸν τὸν ἀστυνόμον μαθὼν πλησιάζοντα, ἐς σικελίαν ἀνέπλευσεν. ἐνταῦθα τῶν μισθοφόρων στασιασάντων διὰ τὸν μισθὸν, συχνοὺς μὲν ἐς νήσους ἐρήμους ἐκβιβάσας κατέλιπε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐς τὴν καρχηδόνα ἀπέστειλεν. ὃ γνόντες οἱ λοιποὶ ἠγανάκτησαν, καὶ νεωτερίσειν ἔμελλον. ὧν ἀμίλκας διαδεξάμενος τὸν καρθάλωνα, πολλοὺς μὲν νύκτωρ κατέκτεινε, πολλοὺς δὲ καὶ κατεπόντωσεν. ἐν τοσούτῳ δ' οἱ ῥωμαῖοι φιλίαν ἀΐδιον πρὸς ἱέρωνα διεπράξαντο, καὶ προσαφῆκαν ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐπετείως ἐλάμβανον. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τοῦ θαλαττίου πολέμου δημοσίᾳ μὲν οἱ ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο διὰ τὰς ἀτυχίας, καὶ διὰ τὰ ἀναλώματα. ἰδίᾳ δέ τινες ναῦς αἰτήσαντες, ὥστ' ἐκείνας μὲν ἀποκαταστῆσαι, τὴν λείαν δὲ οἰκειώσασθαι, ἄλλα τε τοὺς πολεμίους ἐκάκωσαν· καὶ ἐς ἱππῶνα λιβυκὴν πόλιν ἐσπλεύσαντες, τά τε πλοῖα πάντα, καὶ πολλὰ τῶν οἰκοδομημάτων κατέπρησαν. τῶν δ' ἐπιχωρίων τὸ στόμα τοῦ λιμένος διαλαβόντων ἁλύσεσιν, ἐν πολλῷ δέει ἐγένοντο, σοφίᾳ δὲ καὶ τύχῃ περιεγένοντο. σπουδῇ γὰρ ταῖς ἁλύσεσι προσπεσόντες, ἐπεὶ προσψαύειν αὐτῶν ἔμελλον οἱ ἔμβολοι τῶν νεῶν, μετέστησαν ἐς τὰς πρύμνας οἱ τοῦ πληρώματος· καὶ οὕτως αἱ πρῷραι κουφισθεῖσαι, ὑπερῆραν τὰς ἁλύσεις. αὖθις δ' ἐς τὰς πρῴρας αὐτῶν μεταπηδησάντων, αἱ πρύμναι τῶν σκαφῶν μετεωρίσθησαν, καὶ διεξέδραμον. καὶ μετὰ τοῦτο περὶ τὸ πάνορμον ναυσὶ καρχηδονίους ἐνίκησαν.

ὅτι ἀφῆκαν οἱ ῥωμαῖοι τὸ ναυμαχεῖν.

tum & pecunias Lilybæum aduehentibus miſerunt. Is tempeſtate obſeruata appulit. Quod deinde alij plurimi imitari auſi, partim ſucceſſum habuerunt, partim perierunt. Dum ambo Conſules aderant, æquo Marte pugnabatur. Sed cum morbo & fame premerētur, iiſq; de cauſis alter ſuos milites domum reduceret, Hamilcar erumpere auſus, machinas incendit, defenſores earum occidit: & equitatu Drepano emiſſo, Romanos pabulatione & commeatu prohibendo, eorumq; ſocios infeſtando, Ardeba interim aliàs Siciliæ, aliàs Italiæ oram populante, ad ſummam inopiam redegit. Sed Lucio Iunio claſſem parante, Claudius Pulcher Lilybæum properè abijt: & militibus in naues impoſitis, Hannonem Carthaginenſem in quinqueremi nauigantem comprehendit: unde Romani exemplum fabricandarum nauium petiuerunt. Sed cum claſſes ſæpe periclitarentur, quanquam crebrò tot nauium, in quibus multi uiri & pecuniæ erant, interitu dolebant: tamen non ceſſerunt, ſed quendam in ſenatu de pace cum Carthaginenſibus facienda locutum occiderunt. & Dictatorem dixerunt Collatinum, magiſtrū equitum Metellum: nihil tamen memorabile geſſerunt. Interea Iunius Erycem ſubegit: & Carthalo Aegithalo potitus, Iunium cæpit. Sequenti anno C. Aurelius & P. Seruilius magiſtratu inito, Lilybæum & Drepanum infeſtantes, terra Carthaginenſes prohibuerunt, eorumq; ſocias ciuitates afflixerunt. Carthalo cum uarijs rationibus contra eos tentatis nihil effeciſſet, in Italiam abijt, ut aut Conſules eò traduceret, aut interea agros uaſtaret, & urbes caperet: ſed ne ibi quidem ei quicquam ſucceſsit. Nam cum * ducem, urbis præfectum aduentare didiciſſet, in Siciliam redijt. Vbi eum conductitius miles ob ſtipendium tumultuaretur, multos in deſertis inſulis expoſitos reliquit, multos Carthaginem miſit. Quo cæteri cognito indignati, res nouas ſpectabant. Sed Hamilcar, ſucceſſor Carthaloni datus, multos eorum noctu occidit, multos in mari demerſit. Interea Romani perpetuam cum Hierone amicitiam ſanxerunt, remiſsis tributis annuis. Sequenti anno bello nauali propter crebras clades & impenſas, publicè abſtinuerunt. Sed quidam priuatim nauibus poſtulatis, quas reſtituerent, & prædam ſibi uendicarent, cùm alias clades hoſtibus intulerunt, tum Hipponem urbem Libycam ingreſsi, nauigia omnia & multas ædes cremarunt. Et cum ciues portus aditum cathenis clauſiſſent, ex magno periculo arte & fortuna euaſerunt. Nam feſtinanter in cathenas inuecti, cum eas roſtra nauium iamiam attingerent, in puppes tranſierunt: ita proræ leuatæ cathenas ſuperarunt. cumq; rurſus in proras tranſiluiſſent, puppes leuatę tranſierunt. Poſt hæc ad Panormū Carthaginenſes

Hanno captus.

Priuata claſsis Romanorum.

Columbaria inſula.

uicerunt. Conſulum alter Cæcilius Metellus ad Lilybæum fuit, alter Numerius Fabius Drepanum obſedit: & inſulæ Columbariæ, à Carthaginenſibus præoccupatæ, noctu miſsis militibus eſt inſidiatus, qui occiſo præſidio inſulam occuparunt. Cum autem Hamilcare manè contra illos profecto, Fabius illis opem ferre non poſſet, Drepanū inuaſit, ut aut urbem per ducis abſentiam caperet, aut illum ab inſula abſtraheret. Horum alterum ei ſucceſsit. Hamilcar enim territus, in munitionem ſe recepit. Fabius Columbariam tenuit: & anguſtias paludesq́ interiectas, aggeribus continenti iunxit. Ita facilior facta oppugnatio, quum ibi murus eſſet infirmior. * Carthaginenſes autem eis crebra detrimenta inferebāt, nunc in Siciliam, nunc in Italiam traijciendo. Captiuos uiritim permutarunt: cæteros, quia tantum numerum non habebant, Carthaginenſes pecunia redemerunt.

Mutatio ducum Romanis noxia.

Ab eo tempore diuerſi Conſules fuerunt, ſed nihil hiſtoria dignum geſſerunt. Nam illud maximo detrimento Romanis fuit, quòd duces quotannis mutabant, eosq́ qui imperatoria munia adhuc diſcebant, reuocabant: quaſi non rei gerendæ, ſed exercendi cauſa ablegatos.

Galli Romanorū ſtipendiarij.

Galli Carthaginenſibus ſocijs infenſi, quòd ab eis malè acciperentur, præſidiū quoddam ſuæ fidei commiſſum, Romanis pecunia prodiderunt: ab eisq́ unà cum alijs qui à ſocietate Carthaginenſium defecerant, ſtipendio conducti ſunt, cum prius peregrinum alere militem Romani non conſueuiſſent. His freti, & claſſe priuatorum hominum Africam infeſtantium, mare diutius negligere nolentes, denuò naues compararunt.

Luctatius Catulus Carthaginenſes ad pacē petendam adigit.

Luctatio Catulo Conſuli deſignato, collega adiunctus eſt Q. Valerius Flaccus ædilis. Qui in Siciliam profecti, & terra mari que Drepanum aggreſsi, partem muri deiecerunt: oppidumq́ cepiſſent, niſi Conſule uulnerato, milites circa illum occupati fuiſſent. Interea cognito hoſtium aduentu, Hannone magnam turbam domo adducente, contra illos ſe conuerterunt. Acie utrinque inſtructa, aſtrum quoddam, facis inſtar, ſupra Romanos ad læuam exortum, uerſus Carthaginenſes acumen direxit. Pugna atrox commiſſa eſt ab utriſque, tum ob alia, tum quòd Carthaginenſes Romanos ad extremam bellorum naualium deſperationem adigere uoluerunt, Romani prius acceptas clades reſarcire ſtuduerunt. Sed penes hos uictoria fuit. Nam Carthaginenſium naues, præter alias ſarcinas, frumentum & pecuniam uehentes, grauabantur. Hanno elapſus, ſtatim Carthaginem properauit. Sed à ciuibus iracundia & metu commotis, in crucem actus eſt, & legati de pace ad Catulum miſsi. Qui quòd & annus eius iam penè exierat, neque breui tempore Carthaginis excindendæ ſpem habebat, & ſucceſſoribus gloriam laborum ſuorum inuidebat, à pace non abhorrens, inducias fecit, pecunia, frumento & obſidibus acceptis, ut Romam legatos

φίκησαν. οἱ δ' ὕπατοι, μέτελλος μὲν κεκίλιος περὶ τὸ λιλύβαιον ἦν, νουμέριος δὲ φάβιος τὴν δρέπανον προσήδρευε, καὶ ἐπεβούλευσε τῇ νησίδι τῇ πελειάδι καλουμένῃ, προκατειλημμένῃ παρὰ καρχηδονίων, στρατιώτας πέμψας νυκτός, οἳ τοὺς φρουροὺς κτανόντες, τὴν νῆσον εἷλον. ὃ μαθὼν ἀμίλκας, ἕωθεν τοῖς διαβεβηκόσιν ἐπέθετο. οἷς οὐκ ἔχων ἀμῦναι ὁ φάβιος, τῇ δρεπάνῳ προσέμιξεν, ὡς ἢ τὴν πόλιν δι' ἐρημίαν αἱρήσων, ἢ τῆς νήσου τὸν ἀμίλκαν ἀπάξων, καὶ ἠνύσθη τὸ β΄. φοβηθεὶς γὰρ ὁ ἀμίλκας, ἀνεχώρησεν ἐς τὸ τεῖχος. καὶ ὁ φάβιος τὴν πελειάδα κατέσχε, καὶ τὸ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἠπείρου στενὸν καὶ τεναγῶδες συγχώσας χώμασιν ἀπήρτισε, καὶ ῥᾷον προσεπολέμει τοῦ τείχους ἐκεῖ ὄντος ἀσθενεστέρου. * καὶ οἱ καρχηδόνιοι συχνὰ παρελύπουν αὐτούς, ἐς σικελίαν τε περιπλέοντες, καὶ ἐς τὴν ἰταλίαν περαιούμενοι. τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀλλήλων ἄνδρα ἀντ' ἀνδρὸς ἠλλάξαντο· τοὺς δὲ λοιπούς, ἐπεὶ μὴ ἦσαν ἰσοπληθεῖς, ἀργυρίου οἱ καρχηδόνιοι ἐκομίσαντο. ἐκ τότε δὲ διάφοροι μὲν ὑπάτευσαν, οὐδὲν δὲ ἱστορίας ἔπραξαν ἄξιον. μέγιστον γὰρ οἱ ῥωμαῖοι ἐσφάλλοντο, ὅτι κατ' ἐνιαυτὸν ἄλλους, ἀεὶ ἑτέρους ἄρχοντας ἔπεμπον· ἄρτι δὲ τὴν στρατηγίαν μανθάνοντας, τῆς ἀρχῆς ἔπαυον, ὥσπερ ἐς ἄσκησιν σφᾶς, ἀλλ' οὐκ ἐς χρῆσιν αἱρούμενοι.

ὅτι μετέστησαν πρὸς ῥωμαίους οἱ γαλάται τοῖς καρχηδονίοις συμμαχοῦντες, καὶ ὅτι ναυτικὸν οἱ ῥωμαῖοι συνεστήσαντο, καὶ ἐναυμάχησαν τοῖς καρχηδονίοις.

οἱ γαλάται δὲ τοῖς καρχηδονίοις συμμαχοῦντες, καὶ μισοῦντες αὐτούς, ὅτι κακῶς μετεχειρίζοντο σφᾶς, φρουρίου τινὸς φυλακὴν ἐμπιστευθέντες, τοῖς ῥωμαίοις αὐτὸ προὔδοντο ἐπὶ χρήμασι. μεταστάντας δὲ ἀπὸ τῶν καρχηδονίων γαλάτας, καὶ ἄλλους τῶν σφῶν συμμάχων τινὰς οἱ ῥωμαῖοι ἐπὶ μισθοφορᾷ προσελάβοντο, μή πω πρότερον τρέφοντες ξενικόν. τούτοις οὖν ἐπαιρόμενοι, καὶ ὅτι οἱ τὰς ναῦς ἔχοντες ἰδιῶται, τὴν λιβύην ἐπόρθησαν, οὐκέτι ἀμελεῖν τῆς θαλάσσης ἤθελον· ἀλλὰ καὶ αὖθις ναυτικὸν συνεστήσαντο, καὶ λουτάτιος κάτουλος ὕπατος ᾑρέθη, καὶ τούτῳ συνεξεπέμφθη κύϊντος οὐαλλέριος φλάκκος ἀγορανόμος. οἳ ἐν σικελίᾳ ἐλθόντες, καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν τῇ δρεπάνῳ προσέβαλον, καί τι τοῦ τείχους κατήρειψαν. καὶ εἷλον ἂν αὐτό, εἰ μὴ τοῦ ὑπάτου τρωθέντος, περὶ ἐκεῖνον οἱ στρατιῶται ἀπησχολήθησαν. κἀν τούτῳ μαθόντες, τοὺς πολεμίους οἴκοθεν ἥκειν ναυτικῷ πλήθει, ἄννωνος ναυαρχοῦντος, πρὸς ἐκείνους ἐτράποντο. καὶ ἀντιπαραταξαμένων αὐτῶν, ἄστρον τι λαμπαδῶδες ὑπὲρ τῶν ῥωμαίων φανὲν ἐξ ἀριστερᾶς, ἐς τοὺς καρχηδονίους ἄρθεν ἐγκατέσκηψεν. ἐγένετο δ' ἡ ναυμαχία καὶ ἐπ' ἀμφοῖν καρτερά, διά τε ἄλλα, καὶ ἵνα οἱ μὲν καρχηδόνιοι ἐς τελείαν ἀπόγνωσιν τοὺς ῥωμαίους τοῦ ναυτικοῦ καταστήσωσιν· οἱ δέ, ἵνα καὶ τὰς προτέρας ἀνακαλέσωνται συμφοράς· ὅμως δ' οὖν οἱ ῥωμαῖοι τὴν νίκην ἤραντο. τὰ γὰρ τῶν καρχηδονίων σκάφη φορτία φέροντα πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ σῖτον, καὶ χρήματα, ἐβαρύνοντο. ὁ δ' ἄννων διαφυγών, εὐθὺς ἐς τὴν καρχηδόνα ἠπείχθη. οἱ καρχηδόνιοι δὲ θυμῷ ληφθέντες, καὶ φόβῳ, τὸν μὲν ἀνεσταύρωσαν, πρέσβεις δὲ πρὸς εἰρήνην τῷ κατύλῳ πεπόμφασι.

ὅτι τὸν σφίσι στρατηγὸν οἱ καρχηδόνιοι ἀνεσταύρωσαν, καὶ ὅτι ἐσπείσαντο ῥωμαίοις.

καὶ τῷ πρὸς βουλῆς ἦν τὸν πόλεμον καταλύσασθαι, ὅτι ἐπ' ἐξόδῳ οὔσης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, οὔτε δι' ὀλίγου ἐξαιρήσειν τὴν καρχηδόνα ἤλπιζεν, οὔτε τοῖς διαδόχοις τὴν δόξαν τῶν ἑαυτοῦ πόνων καταλιπεῖν ἤθελε. διὸ ἀνακωχὴν ἐποιήσατο, καὶ χρήματα καὶ σῖτον καὶ ὁμήρους αὐτῷ δόντες, ἵν' ἐν τῇ ῥώμῃ πρεσβεύσωνται,

σαντες ἔξω τῆς Σικελίας τε αὐτῆς πάσης ἐκστῆναι Ῥωμαίοις, καὶ πάσας τὰς πέριξ νήσους ἐκλιπεῖν, καὶ μήτε τῷ Ἱέρωνι πολεμεῖν, καὶ χρήματα τὰ μὲν ἅμα τῇ συμβάσει δοῦναι, τὰ δὲ καὶ ὕστερον, καὶ τοὺς μὲν ἐκείνων αὐτομόλους καὶ αἰχμαλώτους προῖκα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ σύμβασις ὡμολόγητο (μόνην γὰρ τὴν τοῦ ζυγοῦ ἀτιμίαν ὁ Ἀμίλκας παρῃτήσατο) καὶ ὁ μὲν ταῦτα συνθέμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν τειχῶν ἐξαγαγὼν, ἀπέπλευσεν οἴκαδε, πρὶν τοὺς ὅρκους ἐπισχεθῆναι. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τήν τε νίκην διὰ βραχέος ἔμαθον, καὶ ἐπήρθησαν ὡς παντάπασι κεκρατηκότες. καὶ τῶν πρέσβεων ἐλθόντων, οὐκέτι κατέχειν ἑαυτοὺς ἠδύναντο, καὶ τὴν Λιβύην ἕξειν ἅπασαν ἤλπιζον. διὸ οὐδὲ ταῖς τοῦ ὑπάτου ὁμολογίαις ἐνέμειναν, ἀλλὰ καὶ χρήματα αὐτοὺς πολλῷ πλείω τῶν ὑπεσχημένων ἐπράξαντο· καὶ ἀπηγόρευσαν σφίσι, μήτε τὴν Ἰταλίαν, μήτε τὴν ἔξω συμμαχίδα σφῶν μακραῖς ναυσὶ παραπλεῖν, ἢ μισθοφόροις ποιεῖν ἀπ' αὐτῶν κεχρῆσθαι. ὁ μὲν οὖν πρῶτος τοῖς Καρχηδονίοις πόλεμος τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο κατέληξε τετάρτῳ ἔτει καὶ εἰκοστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤγαγεν ὁ Κάτουλος τὰ ἐπινίκια. Κόϊντος δὲ Λουτάτιος ὑπατεύσας, ἀπῆλθεν ἐς Σικελίαν, καὶ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Κατούλου πάντα τὰ ἐκεῖ κατεστήσατο, καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἐν αὐτῇ ἀφείλοντο. Σικελία μὲν οὖν οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων δεδούλωτο, πλὴν τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἱέρωνος, ἐκ δὲ τούτου πρὸς τοὺς Καρχηδονίους φιλία ἦν αὐτοῖς. ἄμφω δ' αὖθις εἰς πολέμους ἑτέρους χωρεῖς κατ' ὀλίγον κατέστησαν. τοῖς γὰρ Καρχηδονίοις οἵ τε περίλοιποι τῶν μισθοφόρων αὐτῶν σφίσι, καὶ τὸ δουλικὸν τὸ ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ὁμόρων αὐτῶν πολλοὶ πρὸς τὰς συμφορὰς αὐτῶν συνεπέθεντο. οἵ γε μὴν Ῥωμαῖοι ἐπικαλουμένων αὐτοὺς τῶν πολεμούντων ἑκατέροις, οὐχ ὑπήκουσαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἀποβεβουλευμένοι, καὶ μὴ δυνηθέντες καταλλάξαι αὐτοὺς, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Καρχηδονίων, οὓς εἶχον, ἀφῆκαν προῖκα, καὶ σῖτον ἔπεμψαν, καὶ μισθοφόρους ἐκ τῆς οἰκείας συμμαχίδος αὐτοῖς ἐπαγαγέσθαι ἐπέτρεψαν, δόξαν ἐπιεικείας θηρώμενοι μᾶλλον, ἢ τοῦ συμφέροντος αὐτοῖς προμηθούμενοι· ὅθεν πράγματα ἔσχον αὖθις ταῦτα. ὁ γὰρ Ἀμίλκας ἐκεῖνος ὁ Βαρχίδας, ἐπεὶ τοὺς ἀντιπάλους ἐνίκησεν, ἐπὶ μὲν τοὺς Ῥωμαίους, καίπερ κάρτα μισῶν αὐτοὺς, οὐκ ἐτόλμησε στρατεῦσαι. ἐς δὲ τὴν Ἰβηρίαν παρὰ γνώμην τῶν οἴκοι τελῶν ἀπῆρεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγένετο ὕστερον. τότε δὲ οἱ Ῥωμαῖοι Φαλίσκοις ἐπολέμησαν, καὶ Μάλλιος Τορκουᾶτος τὴν χώραν αὐτῶν ἐδῄωσε· καὶ συμμίξας αὐτοῖς, ἐσφάλη μὲν τῷ ὁπλιτικῷ, τοῖς δ' ἱππεῦσιν ἐκράτησε, καὶ αὖθις αὐτοῖς μαχεσάμενος ἐνίκησε, καὶ τά τε ὅπλα αὐτῶν, καὶ τὴν ἵππον, καὶ τὰ ἔπιπλα, καὶ τὸ δουλικὸν, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς χώρας ἀφείλετο. ὕστερον δὲ ἡ μὲν ἀρχαία πόλις εἰς ὄρος ἐρυμνὸν ἱδρυμένη, κατεσκάφη· ἑτέρα δ' ᾠκοδομήθη εὐέφοδος. μετὰ δὲ τοῦτο ἐπολέμησαν αὖθις πολέμους πρὸς Βοΐους, καὶ πρὸς Γαλάτας ἐκείνοις πλησιοχώρους, καὶ πρὸς Λιγύων τινάς. τοὺς μὲν οὖν Λίγυας Σεμπρώνιος Γράκχος μάχῃ νικήσας ἐκάκου. καὶ τοῖς Γαλάταις Πούπλιος Οὐαλέριος συμβαλὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἡττήθη· εἶτα πυθόμενος εἰς ἐπικουρίαν αὐτοῦ τινὰς ἐκ τῆς Ῥώμης ἥκειν, ὁμόσε αὖθις τοῖς Γαλάταις ἐχώρησεν· ἵν' ἢ καθ' ἑαυτὸν νικήσῃ, ἢ ἀποθάνοι. τοῦτο γὰρ μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχύνην ὀφλεῖν προείλετο· καί πως κατὰ τύχην ἐκράτησε. τότε μὲν οὖν ταῦθ' οὕτως τοῖς Ῥωμαίοις συνηνέχθη, καὶ

σαρδὼ

ἔνιοι δὲ τῇ μὲν [illegible] διὰ τὸν [illegible], Ῥωμαί[illegible] τὰς σπονδὰς συνθέσθαι τοῖς Καρχηδονίοις ἐπέτρεψαν, καὶ οὕτως ὑπὸ δήμου ἐκυρώθησαν.

πόλεμος Ῥωμαίων πρὸς [illegible].

gatos mitterent, ea conditione, ut tota Sicilia & omnibus circumiacentibus inſulis Romanis cederent, neq; Hieronem laceſſerent: & pecuniam partim pace facta ſtatim, partim poſt numerarent: & Romanos captiuos gratis redderent, ſuos uerò redimerent. Tali pactione facta (ſolam enim ſub iugum miſſionis ignominiā Hamilcar deprecatus eſt) militibus è munitionibus eductis, domum rediit, priuſquam iuſiurandum daretur. Qui Romæ erant, uictoria celeriter cognita, ita ſunt animis elati, quaſi planè debellatum eſſet: legatis'que præſentibus, ſe non amplius continere potuerunt, ſpe totius Africæ occupandæ concepta. Itaque conditionibus à Conſulibus propoſitis non acquieſcentes, & pecuniam promiſſa longè maiorem poſtularunt: & interdixerunt, ne longis nauibus uel ad Italiam, uel ad alias ſocias prouincias accederent, aut conductitiis inde militibus uterentur. Atque ita primo bello Punico, anno quarto & uigeſimo à Romanis confecto, Catulus triumphauit. Q. uerò Luctatius, poſt conſulatum in Siciliam profectus, cum fratre Catulo omnia ibi ordinauit. Siculis arma adempta: tota inſula, Hieronis excepto imperio, à Romanis ſubacta, & amicitia cum Carthaginēſibus conſtituta. Sed utriq; paulo poſt ſeorſim alia geſſere bella. Nam Carthaginenſes, reliqui eorum ſtipendiarii, & ſeruitia ciuitatis, & multi ex finitimis, aduerſa illorum fortuna freti, inuaſerūt. Romani cum ab hoſtibus illorum accerſerentur, adeò non aſſenſerunt, ut cum per legatos reconciliare illos non poſſent, omnes Carthaginenſium captiuos gratis dimitterent, frumentum mitterent, è ſociis prouinciis conſcribendi militis poteſtatem darent: non tam ut rationibus illorum conſulerent, quàm ut humanitatis & clementiæ laudem conſequerentur: unde poſt in negocia inciderunt. Hamilcar enim Barchinus ille, uictis hoſtibus, Romanos, quanquā eis infenſiſſimus, bello petere non auſus, contra magiſtratuum uoluntatem in Hiſpaniā abiit. Sed hæc poſt facta ſunt. Tum autem Romani cum Faliſcis bellum geſſerunt, Manlio Torquato agrum illorum urente: qui cum eis cōgreſſus, peditatu ſuccubuit, equitatu uictor. Deinde repetita pugna, eos domuit: armis, equis, ſupellectilibus, ſeruitiis, & agri ſemiſſe mulctatos. Tandem etiam antiqua urbs, in arduo ſita mōte, euerſa: aliaq; condita in planicie, oppugnatu facilis. Poſt, alia bella cum Boiis, & Gallis eorum uicinis, & Liguribus quibuſdam geſſerunt. Ac Ligures Sempronius Gracchus uictor afflixit. P. Valerius, à Gallis principiò ſuperatus, cum auxilia ſibi mitti Roma audiſſet, Gallos denuò eſt aggreſſus: ut aut per ſe uictoria potiretur, aut mortem oppeteret, quam uitæ ignominioſæ præferebat: ac fortuna quadam uicit. Tum igitur ita cum Romanis actū: eiſq; Sardi-

Pacis conditiones inter Romanos & Carthaginenſes.

Carthaginenſes à Romanis adiuti, uires recuperant.

Faliſcum bellum.

Bellum Gallicum & Liguſticum.

Sardinia citra pugnam, & pecuniæ rurſus datæ à Carthaginenſibus: qui cum negociatores Romanos in mari malè tractaſſe accuſarentur, nondum firmatis opibus, minas illorum timuerunt. Sequenti anno L. Lentulus & Q. Flaccus, bello contra Gallos ſuſcepto, dum unà agebant, inſuperabiles erant. Sed cum ſeparati, loca quædam, maioris prædæ cupiditate, uaſtare cœpiſſent, Flacci caſtra noctu circumdata, in periculo fuerunt. Barbari uerò tum repulſi, multis ſocijs aſcitis, cum magna manu denuò Romanos inuaſerunt. Et P. Lentulo & Licinio Varo ſe ob multitudinem ſuam uel ſine pugna terrorem incuſſuros arbitrati, per legatos Ariminenſem agrum repetierunt: & eos ipſa urbe, quæ ſua eſſet, cedere iuſſerunt. Conſules uerò nec ob paucitatem confligere, neque illa concedere auſi, inducias fecerunt, ut ijs de rebus legati à Gallis Romam mitterentur. Qui cum apud ſenatum eadem poſtulaſſent, neq; quicquam impetraſſent, in caſtra reuerſi, res ſuas perditas repercrũt. Quidam enim ex eorum ſocijs, mutata ſententia, Romanos timentes, Boios ſunt aggreſsi: ac utrinque multi ceciderunt. Vnde reliqui domum redierunt: Boij per pactiones magna agri ſui parte ſunt mulctati. Gallicis bellis iam confectis, Lentulus contra Ligures arma cœpit: & ijs qui occurrebant profligatis, caſtella quædam ſubegit. Varus Corſicam petiturus, cum propter nauigiorum penuriã traijcere non poſſet, Claudium Cliniam cum copijs præmiſit: qui Corſis territis, in colloquium uenit, & pro autoritate pacem cum eis fecit. Varus autẽ nulla pactionis habita ratione, eos oppugnare nõ deſtitit, donec ſubegiſſet. Romani uerò id crimen uiolati fœderis à ſeſe amouentes, Claudium eis dediderũt: non receptũ expulerunt. Bellum aduerſus Carthaginẽſes, ob mercatorum ſuorũ iniurias ſuſceptũ, depoſuerũt: exactaq; pecunia fœdus renouarunt, ne ſic quidem diu duraturũ. Ac Carthaginenſi bello dilato, Sardos dicto non audientes adorti uicerunt: qui deinde à Carthaginẽſibus clam ad rebellionẽ incitati ſunt. Defecerunt & Corſi: nec Ligures quieuerũt. Sequẽti anno Romani copijs triſariam diuiſis, ut hoſtes ſimul bello infeſtati, auxilia inuicẽ ferre non poſſent, Poſthumium Albinum in Liguſticum, Sp. Caruilium contra Corſos, in Sardiniam P. Cornelium ædilem miſerunt. Conſules licet haud citra laborem, citra moram tamen mandata executi ſunt. Sardos nihil modicum animis agitantes, Caruilius ingenti prælio ſubegit. Cornelius enim & multi milites morbo perierunt. Romanis digreſsis, Sardi & Ligures de integro defecerunt. Contra Ligures miſſus eſt Q. Fabius Maximus, in Sardiniam Pomponius Manius. Carthaginenſes, ut eorum

Gallorũ inteſtina bella.

Corſica.

Sardi, Corſi, Ligures ſubacti rebellant.

ſtolis ad tempus aſſcribebatur, atq; adeò pro imperio ſe gerebat, ut non ex æquo cum illo imperare, ſed meliore conditione eſſe uellet: ſe illum feciſſe Imperatorẽ glorians. quod Tiberius principiò ægrè tulit, deinde eam à reipub. adminiſtrationib. remotã, domeſtica negocia curare ſiuit. Vt uerò in ijs etiã moleſta erat, peregrè abijt, ut ab ea abeſſet. Ad tẽpus modeſtiſsimè uixit, & aliorũ immodeſtiã pœnis cohercuit. Druſum quoq; filium ex priore uxore Agrippina ſuſceptum, ob crudelitatẽ & laſciuiam obiurgauit, et odio habuit. cui aliquando dixit: Me uiuo neq; per uim neq; per contumeliã quicq; feceris. Sin feceris, ne defuncto quidẽ me tacturus es. Hæc & his ſimilia, quãdiu Germanicus in uiuis fuit, egit. Poſt illius obitũ multa ex his immutauit. Nam quum populo Auguſti legata nondũ data eſſent, & quidam mortuo qui per forum ferebatur in aurẽ aliquid inſuſurraſſet, ac rogatus quid dixiſſet, reſpondiſſet: ſe ei mãdaſſe ut Auguſto diceret, populum Romanũ nondum quicq; accepiſſe: occidit hominem. hoc addito ioco, ut id ipſe illi nũciaret: ceteris uerò legata diſtribuit. Nepote ex Druſo filio mortuo, nulla re cõſueta abſtinuit, negãs propter mortuos uiuentiũ officia eſſe deſerẽda. Clemens quidã, qui Agrippæ ſeruus fuerat, hero ſimilis, ſe Agrippã eſſe ſimulãs, in Gallia & Italia multos ſibi aſciuit: ac tandem Romam contendit, ad auitum imperiũ recipiendũ. Quem cum per quoſdã ſe illius eſſe factionis ſimulãtes ſubegiſſet, ac quæſtiones de eo habuiſſet, ut cõſcios proderet: illo neminẽ nominante, rogauit, quo pacto Agrippa factus eſſet? reſpõdit homo, Eodem planè modo quo tu Cæſar. Vxorem Iuliã à patre Auguſto ob laſciuiam in exiliũ miſſam, adeò non reuocauit, ut etiam incluſerit, ut præ ærumna & fame interiret. Quibuſdam poſtulantib. ut menſem Nouembrem, cuius die XVI natus eſſet, à ſe Tiberiũ appellaret: Et quid, inquit, facietis, ſi XIII Cæſares fuerint? Interea Germanicus obijt Antiochiæ, incantamẽtis & ueneficio Piſonis. Nam & oſſa mortuorum, in quib. habitabat ædibus, defoſſa reperta ſunt: & plumbeæ laminæ, in quibus deuotiones cum nomine eius inſcriptæ erãt. Veneno autem ſublatũ eſſe, corpus eius oſtendit in forum perlatũ, & populo oſtẽſum. Eius obitu Tiberius & Liuia gauiſi ſunt, alij uehemẽtiſsimè doluerunt. Nam & corpore pulcherrimo, & animo optimo præditus fuit, & eruditione & militari fortitudine inſignis: humaniſsimũ ſubditis ſuis ſe præbuit. & cum eius, ut Cæſaris, magnæ opes eſſent, temperantia infimos æquauit. Neq; contra Druſum inuidioſe, neq; contra Tiberiũ inſidioſe quicq; fecit. Imperiũ à militib. & ſenatu populoq; ultrò delatum non accepit. Piſo uerò aliquanto poſt Romam reuerſus, & ab ipſo Tiberio, ſuſpicionem necis Germanici abolere cupiente, in ſenatum adductus, mora petita, ſemetipſum interfecit. Germanicus tres reliquit filios, quos Auguſtus in teſtamento ſuo Cæſares appellauit. Eorum natu maximus Nero, tum uirilem togam ſumpſit. Ac ad hoc uſq; tem-

[margin:] Nuncius ad inferos miſſus.

[margin:] Luctus ſuperuacaneus.

[margin:] Clemens Pſeudagrippa.

[margin:] Iuliæ interitus.

[margin:] Germanici obitus.

[margin:] Piſonis interitus.

[margin:] Germanici III filij.

Tiberius ex cõmodo fit crudelis.

pus Tiberius plurima rectè fecit, in paucis deliquit. Germanico uerò è medio ſublato, paulatim mores immutauit. Nã cùm cętera aſperè imperauit, tũ eos à quib. uel ipſe uel Liuia, uel Auguſtus ſiue dicto ſiue facto uiolati eſſent, tanquã impietatis reos crudeliter tractauit: contra inſidiarũ ſuſpectos inexorabilis. Tandẽ oſtendens aliquib. ſe uelle, mori aliquos, illorũ opera hos occidebat. idq; nõ diſsimulãter faciebat.

Geniturę potentũ indagatę.

Potentum omniũ diem & horam natalẽ inquirebat, iſtaq; fata cuiuſq; indagabat. proinde Galbæ, q poſt imperauit, obuiam factus, dixit: » Et tu olim » principatũ deguſtabis. Pepercit autẽ ei, quia dicebat, eũ in ſenectute, & lõgè poſt ſuũ obitum imperaturũ.

Druſus à Seiano ueneno ſublatus.

Deinde cũ Druſo conſulatũ geſsit, unde multi Druſi interitũ diuinarunt. Nemo enim Tiberij in cõſulatu collega uiolentam mortem euitarat. pòſt enim ueneno perijt. Nã Seianus quidã, homo apud Tiberiũ potens & ſuperbus, cũ Druſo aliquando alapã dediſſet, eaq; de cauſa & ipſum & Tiberiũ metueret, ſimulq; ſperaret, Druſo ſublato Tiberiũ ſibi magis opportunũ fore: per quoſdã miniſtros & uxorem, ſiue Iuliam ſiue Liuiã (nã ſcriptores in nomine uariant) ſtupro ſibi cognitã, uenenũ ei propinauit. Eius ſic necati mortẽ Tiberius in curia deplorauit, & Neronẽ ac Druſum Germanici liberos ſenatui cõmendauit. Druſum, cadauere eius ꝓ roſtris ꝓpoſito, Nero gener laudauit. Cæterùm eius interitus, multis cauſa fuit interitus, q eius nece lętati eſſe uiderentur.

Agrippinæ interitus.

Nã pręter alios multos, etiã Agrippina cum liberis, filio natu minimo excepto, interijt: Tiberio cõtra ipſam uehementer irritato à Seiano, qui illa cũ liberis ſublata, ſpem cõiugij Liuiæ, uiduæ Druſi, quam adamabat, & imperij alebat, cũ Tiberius nullũ ſucceſſorem haberet. Nam nepotẽ ex filio, ut adulterinũ oderat: & alios multos alijs atq; alijs de cauſis, ſed pleriſq; cõfictis, uel in exilium mittebat, uel occidebat. Quendã, q Cęſaris & Auguſti res geſtas, neq; quicq; tamẽ cõtra eos ſcripſerat, ſupplicio affecit: & ipſum ſcriptũ, ubicunq; reperire potuit, exuſsit, q illos nõ ornaſſet. Pleroſq; quaſi ſibi maledixiſſent, interfecit.

Sabini canis.

et Sabinus quidã ob huiuſmodi crimẽ in carcerẽ cõiectus & occiſus eſt, & cadauer eius in Tiberim abiectũ. Id facinus cùm p ſe atrox uiſum, tum per Sabini canẽ atrocius factũ. Is enim cũ hero ſuo carcerẽ ingreſſus eſt, et interfecto aſſedit, et eo in profluentẽ abiecto ipſe quoq; ſe præcipitẽ dedit. Hæc pauca de multis cõmemorata ſunt.

Liuię obitus.

Liuia aũt anno ætatis VI & LXXX deceſsit: quã Tiberius nec ęgrotantẽ inuiſit, nec mortuã honorauit, niſi funere & ſtatuis quibuſdã. Senatus aũt traducẽdi Tiberij cauſa, luctum totius anni matronis indixit, q & multos ex eo ordine conſeruaſſet, & liberos multorũ aluiſſet, & filias multorum elocaſſet: necnon alios honores ei habuit. Sed Tiberius nemini quicq; dedit, quod illa legarat.

Liuię dicta.

Enimuero dicta quoq; Liuię nõnulla referẽda ſunt. Cũ aliquando uiri aliquot, propterea q nudi ei occurriſſent, occidẽdi eſſent, ſeruauit eos, & dixit: tales nihil differre à ſtatuis, ei quę pudica ſit. «

χρόνον τοῦτον πλεῖστα χρηστὰ ὁ Τιβέριος ἔπραξε, καὶ βραχέα ἐξήμαρτεν. ἐπεὶ δὲ ὁ Γερμανικὸς ἐκποδὼν οἱ ἐγένετο, κατ' ὀλίγον ἠλλοιώθη. τά τε γὰρ ἄλλα ἀγρίως ἦρχε, καὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ἢ τὴν μητέρα ἢ τὸν Αὔγουστον πράξαντας ἢ εἰπόντας τι ἀνεπιτήδειον, ἀπηνῶς ὡς ἀσεβήσασι προσεφέρετο, καὶ εἰς τοὺς ὑποπτευθέντας ἐπιβουλεύειν αὐτῷ ἀπαραίτητος ἦν. ἄλλοις δὲ καὶ ἐνδεικνύμενος τισὶν ὅτι βούλεται τεθνάναι τινάς, διὰ τούτων σφᾶς ἀπεκτίννυε, καὶ οὐκ ἐλάνθανε ταῦτα ποιῶν. ἐξήταζέ τε τῶν δυνατῶν ἑκάστου τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, καὶ οὕτω τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ ἐξηρεύνα. ὅθεν καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι ἀπαντήσας, ἔφη, « καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας γεύσῃ. ἐφείσατο δὲ αὐτοῦ, λέγων ὅτι ἐν γήρᾳ, καὶ μετὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξει. μετὰ δὲ ταῦτα μετὰ τοῦ Δρούσου ὑπάτευσεν ὁ Τιβέριος, ὅθεν πολλοὶ τὸν ὄλεθρον ἐκ τούτου τοῦ Δρούσου προεμαντεύσαντο. οὐδεὶς γὰρ ὅστις τῶν συνυπατευσάντων αὐτῷ οὐ βιαίως ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα γὰρ φαρμάκῳ διώλετο. Σηϊανὸς γάρ τις μέγα παρὰ τῷ Τιβερίῳ δυνηθεὶς, καὶ ὑπέρογκος γενόμενος, πὺξ αὐτὸν ποτὲ ῥαπίσας, κἀκ τούτου δείσας, ἐκεῖνόν τε καὶ τὸν Τιβέριον, ἅμα δὲ προσδοκήσας ἂν τὸν Δροῦσον κατεργάσηται, ῥᾷον μεταχειριεῖσθαι τὸν Τιβέριον, φάρμακόν τι αὐτῷ διά τινων θεραπόντων καὶ διὰ τῆς γυναικὸς, ἣν Ἰουλίαν, ἕτεροι δὲ Λιβίαν γράφουσι· καὶ γὰρ ἐμοιχεύετο αὐτῇ, ἔδωκεν. ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀπώλετο, ὁ δὲ Τιβέριος εἰς τὸ συνέδριον ἀφικόμενος, ἐκεῖνόν τε ἀπωδύρατο, καὶ τὸν Νέρωνα, τόν τε Δροῦσον, τοὺς τοῦ Γερμανικοῦ παῖδας, τῇ γερουσίᾳ παρακατέθετο. ἐπὶ τὸ σῶμα τοῦ Δρούσου προτεθὲν ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ ὁ Νέρων γαμβρὸς αὐτοῦ ὢν, ἐπαίνους ἐπ' αὐτῷ εἶπεν. ὁ δὲ διὰ θάνατος αὐτοῦ, πολλοῖς αἴτιος θανάτου ἐγένετο, ὡς εὐφρανθεῖσι τῇ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ. πολλοί τε γὰρ καὶ ἄλλοι διώλοντο, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς τοῦ νεωτάτου χωρίς. πολλὰ γὰρ κατ' αὐτῆς ὁ Σηϊανὸς παρώξυνε τὸν Τιβέριον, προσδοκήσας ἐκείνους μετὰ τῶν τέκνων ἀπολομένους, τῇ τε Λιβίᾳ συνοικήσειν τῇ τοῦ Δρούσου γυναικὶ, ἧς ἤρα, καὶ τὸ κράτος ἕξειν, μηδενὸς τῷ Τιβερίῳ τυγχάνοντος διαδόχου. τὸν γὰρ υἱωνὸν ἐμίσει ὡς καὶ μοιχίδιον, καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἄλλοτε ἄλλαις αἰτίαις, ταῖς δὲ πλείοσι πεπλασμέναις, καὶ ἐφυγάδευσε, καὶ διέφθειρε. καί τινα, ὅτι τὰ τοῦ Καίσαρος καὶ τὰ τοῦ Αὐγούστου ἱστόρησε, καίτοι μὴ κατ' ἐκείνων συγγεγραφότα, ἐκόλασε, καὶ τὸ σύγγραμμα ὅπου δήποτε εὑρεθὲν κατέκαυσεν, ὅτι μὴ ἐκείνους ἐσέμνυνε. πλείονας δὲ ὡς αὐτὸν βλασφημήσαντας διέφθειρε. καὶ Σαβῖνος ἐπὶ τοιαύτῃ κατηγορηθεὶς αἰτίᾳ, εἰς τὸ δεσμωτήριον καθείρχθη, εἶτα καὶ ἐφονεύθη, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίφη. καὶ δεινὸν μὲν ὂν καὶ καθ' ἑαυτὸ ἅπαν ἦν, ἐδεινώθη δὲ αὐτὸ ὑπὸ κυνός τινος τοῦ Σαβίνου, συνελθόντος τε αὐτῷ εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀποθανόντι παραμείναντος, καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφθέντι συναπορρίψαντος. ταῦτα τὰ πάντα εἰρηται, καὶ ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα ἱστόρηται. ἡ δὲ Λιβία ὑπὲρ γέρως γεγονυῖα μετήλλαξεν, ἓξ ζήσασα ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ οὔτε νοσοῦσαν αὐτὴν ὁ Τιβέριος ἐπεσκέψατο, οὔτε θανοῦσαν ἐτίμησεν, πλὴν μόνης ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων τινῶν. ἀλλὰ πρὸς διαβολὴν τοῦ Τιβερίου πένθος ταῖς γυναιξὶν ἡ βουλὴ παρ' ὅλον ἐνιαυτὸν ἐπ' αὐτῇ ἐψηφίσατο, ὅτι δὴ πολλοὺς αὐτῶν ἔσωσε, καὶ παῖδας πολλῶν ἐξέθρεψε, κόρας τε πλείοσιν ἐξεδέδωκε, καὶ ἄλλας τιμὰς ἐκείνῃ ἀπεψήφισαν. οὐδὲν δὲ τῶν καταλειφθέντων ὑπ' ἐκείνης, διέδωκεν ὁ Τιβέριος. ἀπομνημονεύεται δὲ καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνης εἰρημένων ἔνια. λέγεται ὅτι γυμνούς ποτε ἄνδρας αὐτῇ ἀπαντήσαντας, καὶ μέλλοντας διὰ τοῦτο θανατωθῆναι, ἔσωσεν, εἰποῦσα, ὅτι οὐδὲν ἀνδριάντων ταῖς σωφρονούσαις οἱ τοιοῦτοι διαφέρουσιν.

ἴσως ὁ Δίων οὐ ἀπηγάγετο.

τελευτὴ δὲ λιβίας. καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς ἀπομνημονευθέντα, καί τι ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτῇ ἐποίησε, καὶ τὸ ἀπὸ ταύτης.

A'quo-

ἐρομένου δέ τινος αὐτήν, πῶς καὶ τί δρῶσα τὸν αὔγουστον, κατεκράτησεν, ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτή τε ἀκριβῶς σωφρονοῦσα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ ἡδέως ποιοῦσα, καὶ μηδὲν τῶν ἐκείνου πολυπραγμονοῦσα, καὶ τὰ ἀφροδίσια αὐτοῦ ἀθύρματα μήτ' ἀκούειν, μήτ' αἰσθάνεσθαι προσποιουμένη.

περὶ σειανοῦ, καὶ ἰσων ἀναλύσει.

τὸν δὲ σειανὸν ὁ τιβέριος ἐπὶ μέγα δόξης ἐπάρας, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ τῇ τοῦ δρούσου θυγατρὶ ποιησάμενος, ὕστερον ἔκτεινε, διὰ γερουσίας θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένης, καὶ ἐπὶ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐφ' ὑβρισμένῳ τὸ πλῆθος ἐνυβρίζειν, εἶτα ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλλε. τά τε παιδία αὐτοῦ κατὰ δόγμα ἀπέθανε, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἑαυτὴν διεχρήσατο. καὶ ἄλλοι δι' ἐκεῖνον ἀπώλοντο, οἱ μὲν ἑαυτοὺς αὐτόλοντες, οἱ δὲ ὑφ' ἑτέρων ἀναιρεθέντες.

ὅτι περὶ ἀσελγείας τιβερίου.

τιβέριος δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ διὰ τοὺς ἔρωτας οἷς ἀσελγῶς τε καὶ ἀναιδῶς ἐχρῆτο τῶν εὐγενεστάτων καὶ ἀρρένων καὶ θηλειῶν διεβάλλετο· καὶ διὰ τὸν τῆς ἀγριππίνης, τόν τε δρούσου θάνατον ὡς ὠμότατα ἐλοιδορεῖτο. δοκοῦντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ σειανοῦ πάντα τὰ κατ' ἐκείνων πρότερον γίνεσθαι, ὡς καὶ κἀκείνους κατεφθάρθαι ἔμαθον μετὰ τὴν ἐκείνου φθοράν, ὑπερήλγησαν. τὸν δὲ γάϊον τὸν νεώτερον τῶν τοῦ γερμανικοῦ παίδων ταμίαν ἀπέδειξε· τὸν γὰρ ἔγγονον τὸν τιβέριον, ὅτι τε παιδίον ἦν, καὶ ὅτι μὴ ἐκ τοῦ δρούσου παῖς ὑπωπτεύετο, παρεώρα. τὸν δὲ γάϊον ὡς καὶ μοναρχήσοντα προσῆγεν. ἠγνόει γὰρ οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν γάϊον, ἀλλὰ καὶ ἔφη ποτὲ αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸν τιβέριον, ὅτι σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἕτεροι σέ. ὅτι δὲ ἐκεῖνον ὁμοίως προσήκοντα ἑαυτῷ ἔχων, καὶ ἐκεῖνον οὐδὲ ἐς ὀλίγον χρηστὸν, ἀσμένως τὴν ἀρχήν, ὥς φασι, δέδωκεν αὐτῷ, ὅπως τῇ τῆς ἐκείνου κακίας ὑπερβολῇ τὰ ἑαυτοῦ κρυφθείη, καὶ τὸ πλεῖστον καὶ λοιπὸν τῆς βουλῆς φθαρῇ μετ' αὐτόν. λέγεται δὲ καὶ πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον· ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί. καὶ τὸν πρίαμον μακαρίζειν, ὅτι ἄρδην μετὰ τῆς πατρίδος καὶ τῆς βασιλείας ἀπώλετο. τοσοῦτον δὲ πλῆθος τῆς τε βουλῆς καὶ τῶν ἄλλων διέφθαρτο, ὥστε τοὺς τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν ἔχοντας ἀπορίᾳ τῶν αὐτοὺς διαδεξομένων ἀδιαδόχους εἶναι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι δι' ἄλλας αἰτίας καὶ ψευδεῖς καὶ ἀληθεῖς ἐκινδύνευον· αἰμίλιος δὲ σκαῦρος διὰ τραγῳδίαν ἀπέθανεν. ἀτρεὺς μὲν γὰρ τὸ ποίημα ἦν, παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινί, τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρειν. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ τιβέριος, ἐπ' αὐτῷ πεποιῆσθαι τὸ ἔπος φάμενος, καὶ αὐτὸς οὖν ἐγὼ αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, καὶ αὐθεντίᾳ ἀπολέσθαι αὐτὸν ἀνάγκασεν. ἐν τούτοις νεανίσκος τις δροῦσος εἶναι λέγων, περί τε τὴν ἑλλάδα καὶ τὴν ἰωνίαν ὤφθη. καὶ ἐδέξαντο αὐτὸν ἀσμένως αἱ πόλεις, κἂν ἐς τὴν συρίαν προχωρήσας κατέσχε τὰ στρατόπεδα, εἰ μή τις ἀναγνοὺς αὐτόν, συνέλαβε, καὶ πρὸς τὸν τιβέριον ἤγαγεν. ὁ δὲ γάϊος τότε τοὺς γάμους ἑώρταζεν. ὁ τίβερις δὲ τότε πολλὰ τῆς ῥώμης ἐπέκλυσεν, ὥστε πλευσθῆναι, καὶ πυρὶ μυρία ἐφθάρη.

πλαστὸς τοῦ τιβερίου θανάτου σημεῖον.

εἰ δέ τι καὶ τὰ αἰγύπτια πρὸς τοὺς ῥωμαίους προσήκει, ὁ φοῖνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη· καὶ ἐδόξε ταῦτα τὸν θάνατον τοῦ τιβερίου προσημαίνειν. ὃς νοσῶν μὲν ἐπὶ πλείονας χρόνους, οὔτε δὲ τὴν δίαιταν μετήλλαξεν, οὔτε τοῖς ἰατροῖς ἐχρῆτο, διὰ τὸν τοῦ θρασύλλου λόγον, ὃς πάνυ μὲν ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν καθ' ἣν τελευτήσεσθαι ἔμελλεν ὁ τιβέριος, ἐκείνῳ δὲ δέκα ἐνιαυτοὺς βιώσεσθαι ἔλεγεν, ἵν' ὡς ἐπὶ μακρότερον ζήσων, μὴ ἐπειχθῇ πολλοὺς ἀποκτεῖναι. οἷα δ' ἐν γήρᾳ καὶ νόσῳ μὴ ὀξείᾳ τοτὲ μὲν κατεπονεῖτο, τοτὲ δὲ ἀνερρώννυτο. κἀντεῦθεν ἐνίοτε μὲν ἔχαιρον οἵ τε λοιποί, καὶ ὁ γάϊος, ὡς τελευτήσοντος, ἐνίοτε δὲ ὡς καὶ ζησομένου πεφόβηντο. δείσας οὖν ὁ γάϊος μὴ καὶ ἀναρρωσθῇ, οὔτε φαγεῖν αἰτοῦντι ἐδίδου, ὡς τάχα βλαβησο-

A' quodā interrogata, qua ratione Auguſtū uiciſſet: reſpōdit, caſtitate accuratè tuēda, & quicquid ille uoluit, alacriter faciendo, & nullas res eius curioſe ueſtigādo: & luſus eius uenereos, perinde ac ſi cæca & ſurda eſſem, diſsimulādo.

Seiani interitus.

Seianū Tiberius ad magnā autoritatē euectum, deſpōſataq; Iulia Druſi filia, curauit à ſenatu capitis condemnandū, eiusq; cadaueri p triduū proiecto, uulgus inſultauit. Deinde id in Tiberim proiecit. Sunt & eius liberi Senatuſcōſulto interfecti. Vxor eius, ipſa manus ſibi attulit. Etiā alīj eius cauſa perierunt, partim à ſeſe, partim ab alījs occiſi. Tiberio præter alia flagitia, etiā ſtupra nobiliſsimis utriuſq; ſexus intemperāter et impudenter illata, probro data ſunt: & propter Agrippinæ & Druſi necē crudelitatis nomine malè audiuit. Nā cum prius putarent homines à Seiano cōtra illos omnia fieri, cū eos etiam poſt Seiani interitū occiſos eſſe cognouiſſent, uehementer doluerūt. Caiū ex Germanici filījs natu minimū, quæſtorē deſignauit. Nam Tiberiū nepotē nim ob pueritiā, tum q; ſuſpicio erat è Druſo nō eſſe natū, deſpexit. erga Caium uerò ita ſe geſsit, quaſi is imperaturus eſſet. Nihil enim rerum eius ignorans, ſemel ei cū Tiberio nepote rixāti, dixit: Et tu iſtum occides, & alīj te. & q̃uis ſciret eum fore peſsimū, tamē imperiū libenter ei dedit, tum q; neminē æquè propinquū habebat, tum ut eius inſigni improbitate ſua uitia occultarentur, & maxima & nobiliſsima ſenatus pars interiret. Veterem illum uerſiculum,

Me mortuo conflagret terra incendio,

ſubinde in ore habuiſſe, & Priami fortunas laudaſſe fertur, q; funditus cum patria & regno interiſſet. Senatorū certè quidē & aliorū tanta multitudo interfecta eſt, ut nō eſſent qui prouinciarū præſidibus ſucceſſores dari poſſent. Ac alīj alias ob cauſas tam falſas q̃ ueras occidebant. Aemilius uerò Scaurus ob Atreum tragœdiā, in qua monebat quendā, ut principis temeritatem ferret, interfectus eſt. Nā Tiberius illa cōtra ſe cōficta exiſtimās, dixit: Ego uerò illū Aiacem faciam, cumq; ſibi manus afferre coegit.

Caium Tiberius, improbitatis eius præſcius, ad imperium euehit.

Aemilius Scaurus propter Atreum fit Aiax.

Inter hæc adoleſcens quidā in Græcia & Ionia ſe Druſum eſſe iactās, cupidè à ciuitatib. eſt ſuſceptus: ac in Syriā uſq; progreſſus, legiones etiā accepiſſet, niſi agnitus à quodā & captus, ad Tiberiū Caīj nuptias Antij celebrantē perductus eſſet. Eo anno Tiberis multa urbis loca ſic inundauit, ut nauigarētur, & igni plurima ædificia ſunt abſumpta. Quòd ſi quid Aegyptiaca ad Romanos pertinent, Phœnix eo anno cōſpectus eſt: quę res Tiberīj mortē portēdere uidebantur. qui cum multo antè ægrotaret, neq; uictus rationē mutabat, neq; medicis utebat, propter Thraſylli uerba: qui cum & diem & horam mortis eius exquiſitè noſſet, ei dixerat, decenniū adhuc uicturū, ut ſpe diuturnioris uitæ minus multos occideret. Vt aūt fit in ſenio & morbo non acuto, aliàs decūbebat, aliàs cōualeſcebat. Vnde Caius & alīj nūnc ut eo morituro lætabantur, nūc ut euaſuro mœrebāt. Acueritus Caius, ne ualetudinē ſecuperaret, nec cibū petēti dabat, quaſi is incōmodatu

Pſeudodruſus.

Tiberij mortem antegreſſa prodigia.

rus ei eſſet, & multis ac dēſis ſtragulis iniectis, quaſi calefactione opus eſſet, eum ſuffocauit, annos VII & LXX natum, menſes IIII & dies IX, quorū II & XX imperauit, ac mēſes & dies VII. *Tiberij affectus erga Ieſum Chriſtum.* Obijt XIII cal. Aprilis. Anno eius imperij XV Dominus noſter Ieſus Chriſtus baptizatus eſt: XVIII traditus & crucifixus, reſurrexit. Narrat Euſebius, Pilatū Iudææ tum præſidē, Domini acta ad Tiberium ſcripſiſſe: cum moris eſſet, ut prouinciarū præfecti, ſi quid noui accidiſſet, id principi ſignificarēt, ne ullius rei quæ apud exteros gererentur, ignarus eſſet. Cū enim, inquit, Seruatoris noſtri è mortuis reſurrectio per totam Palęſtinam celebrata eſſet, Pilatus eam rem Tiberio Imperatori communicauit. qui cùm ceteris eius miraculis auditis, tum quod poſt reſurrectionē è mortuis à plurimis Deus eſſe crederetur, ad Senatum de eo retulit. Is uerò refragatus eſt, quod ipſe id nō prius probaſſet. Nā ueteri lege ſancitum erat, ne quis aliter apud Romanos in deorum numerum referretur, ni ſenatus iuſsiſſet ac decreuiſſet. Cū autē Romani rogationem de Seruatore noſtro improbaſſent, Tiberiū in priſtina de eo ſententia permanentem, nihil grauius in doctrinam Christianā conſtituiſſe. ac teſtem laudat Tertullianū, Romanū ſcriptorem *Tertulliani uerba.* & clarum uirū, cuius hæc ea de re uerba extant. Vetus ſtatutū fuit, ne quis ab ullo Deus conſecraretur, priuſquam id à Senatu probatū eſſet. Tiberius igitur cum nomē Chriſtianorū in mundū ingreſſum eſſet, id decretum ex Palęſtina, ubi primum ortū erat, ſibi nunciatū, cum Senatu cōmunicauit: haud diſsimulans, probari ſibi id pręconium. Quo à Senatu, quoniā id ipſe nō probaſſet, repudiato, nihilominus in eadem ſententia permanſit, Chriſtianorum accuſatorib. mortem cōminatus. Hęc Tiberiū feciſſe Euſebius, diuinitate Seruatoris noſtri, & reſurrectione ex mortuis cognita, è Tertulliani ſcriptis cōmemorat.

CAII CALIGVLAE CAESARIS Imperium.

Tiberij teſtamentum abrogatū. Tiberio ad hunc modum defuncto, Caius Germanici & Agrippinę filius, qui & Germanicus & Caligula cognominabatur, ſucceſsit. Etſi enim Tiberius, etiam Tiberio nepoti reliquerat imperiū, tamen Caius teſtamēto eius ut deliri in curiam miſſo, effecit, ut aboleretur, quòd puero, cui per ætatem necdum ingredi curiam liceret, Romanum imperium reliquiſſet. Atque ita principatum ei ſtatim ademit. Poſt, adoptatum interfecit, ut qui ipſe mori optaſſet. Magnā pecuniā & militibus & populo, partim ex Tiberij, partim ex Liuiæ teſtamento nondū à Tiberio numeratā, diſtribuit. *Profuſiones Caij.* Quòd ſi reliquā etiam, ita ut decebat, inſumpſiſſet, magnanimus & magnificus eſſet habitus. Nūc infinitis impēſis in ſaltatores, equos, gladiatores, & id genus alia factis, & theſauros maximos exhauſit, & illa quoque ſe temeritate & leuitate quadā » feciſſe declarauit. Nam publicæ pecunię nec in » tertium

μένῳ, καὶ ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα ὡς θερμασίας δεομένῳ προσέβαλε· καὶ οὕτως ἀπέπνιξεν αὐτόν, ζήσαντα ἔτη ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα, ἀφ' ὧν δύο καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐμονάρχησε, καὶ μῆνας ἑπτά, καὶ ἡμέρας ἑπτά, μετήλλαξε δὲ τῇ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ. τούτου δὲ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει ἐβαπτίσθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ἐν δὲ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ παρεδόθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀνέστη. *ἴσως δόγματα περὶ τοῦ χριστιανισμοῦ ὁ τιβέριος.* ἱστορεῖ δὲ ὁ Εὐσέβιος, τὸν Πιλάτον τῆς Ἰουδαίας τηνικαῦτα ἐπιτροπεύοντα, γράψαι τὰ περὶ τοῦ κυρίου τῷ Τιβερίῳ, ἔθους ὄντος, τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα δηλοῦν τῷ τὴν μοναρχίαν ἰθύνοντι, ἵν' αὐτῷ μηδὲν ἀγνοοῖτο τῶν παρ' ἑκάστοις τῶν ἐθνῶν γινομένων. ἤδη γάρ, φησί, τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἅπαντας ἐν πάσῃ τῇ Παλαιστίνῃ διαβεβοημένης, τὰ περὶ αὐτοῦ ὁ Πιλάτος ἐκοινώσατο Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ὃς τά τε λοιπὰ τὰ αὐτοῦ ἐνωτισάμενος θαυμάσια, καὶ ὡς μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς θεὸς εἶναι παρὰ πλείστοις ἤδη πεπίστευται, ἀνήνεγκε τῇ συγκλήτῳ ταῦτα. ἐκείνη δὲ τὸν λόγον ἀπώσατο, ὅτι μὴ πρότερον αὐτὴ τοῦτο δοκιμάσασα ἦν, παλαιοῦ νόμου κειμένου, μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ Ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι, μὴ οὐχὶ ψήφῳ τῆς συγκλήτου καὶ δόγματι. ταύτης δ' οὖν ἀποσεισαμένης τὸν περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λόγον, τὸν Τιβέριον ἐν ᾗ πρώην εἶχε γνώμῃ τηρήσαντα, μηδὲν ἄτοπον κατὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπινοῆσαι. μάρτυρα δ' ἐπὶ τούτοις παράγει Τερτυλλιανὸν ὁ Εὐσέβιος, ἄνδρα Ῥωμαῖον, καὶ ἕνα τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ λαμπρῶν, οὗ συγγραφῇ ἦν παρ' αὐτοῦ τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκτεθεῖσα διαλέκτῳ, μεταβληθεῖσα δ' εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, λέγοντα ταῦτα· παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπό τινος καθιεροῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῇ. ὁ Τιβέριος οὖν ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον εἰσεληλύθει, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος τούτου ἔνθα πρῶτον ἤρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις ὡς ἀρέσκεται τῷ κηρύγματι. ἡ δὲ σύγκλητος ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο. ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις. ταῦτα ὁ Εὐσέβιος ποιῆσαι τὸν Τιβέριον ἱστορεῖ, μαθόντα περὶ τῆς θεότητος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, ἐκ τῆς τοῦ Τερτυλλιανοῦ συγγραφῆς αὐτὰ ἐκλεξάμενος.

Μοναρχία Γαΐου Καίσαρος.

Καὶ ὁ μὲν Τιβέριος οὕτως ἀπεβίω. διεδέξατο δὲ αὐτὸν ὁ Γάϊος, ὁ τοῦ Γερμανικοῦ καὶ τῆς Ἀγριππίνης παῖς, ὃν καὶ Γερμανικὸν καὶ Καλιγόλαν ἐπωνόμαζον. εἰ γὰρ καὶ ὁ Τιβέριος καὶ τῷ ἰδίῳ ἐγγόνῳ τῷ Τιβερίῳ τὴν αὐταρχίαν κατέλιπεν, ἀλλ' ὁ Γάϊος τὰς διαθήκας αὐτοῦ εἰς τὸ συνέδριον πέμψας, ἀκύρους παρεσκεύασε γενέσθαι, ὡς παραφρονήσαντος, οἷα παιδὶ ᾧ μηδ' ἐσελθεῖν ἐξῆν εἰς τὸ βουλευτήριον, ἀρχὴν τὴν Ῥωμαίων ἐπιτρέψαντος. τῆς μὲν οὖν ἀρχῆς αὐτὸν οὕτως αὐτίκα παρέλυσε, καὶ μετὰ τοῦτο εἰσποιησάμενος ἀπέκτεινεν, ὡς τελευτῆσαι αὐτὸν εὐξάμενον. χρήματα δὲ πολλὰ τοῖς στρατιώταις καὶ τῷ δήμῳ διένειμε, τὰ μὲν ἐκ τῶν Τιβερίου διαθηκῶν, τὰ δὲ ἐκ τῆς Λιβίας, ἃ ὁ Τιβέριος οὐ παρέσχε. *ἵππῳ καὶ ἵππος σύνοικος ὁ Γάϊος ἦν.* καὶ εἴπερ καὶ τὰ λοιπὰ δεόντως ἀνήλισκε, μεγαλόφρων ἂν καὶ μεγαλοπρεπὴς ἐδόξεν· νῦν δὲ καὶ εἰς ὀρχηστάς, καὶ ἵππους, καὶ μονομάχους, καὶ τὰ τοιουτότροπα ἐσπάθα ἀπλήστως δαπανῶν, καὶ τοὺς θησαυροὺς μεγάλους γεγονότας διὰ βραχέος ἐξεκένωσε, καὶ ἑαυτὸν προσεξήλεγξεν, ὅτι δι' εὐχερείας καὶ ἀκρισίας κἀκεῖνα πεποίηκε. καὶ οὐδ' εἰς τρίτον

πρίστην ἔτος μέσον αὐτῶν τι διέσωσεν, ἀλλ' εὐθὺς παμπόλλων προσεδεήθη. τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ κἀς τὰ ἄλλα ἐκέχρητο. μοιχικώτατος τε γὰρ ἀνδρῶν γενόμενος, καὶ γυναῖκα μίαν μὲν ἁρπάσας ἐκδεδομένην ἀνδρὶ, ἄλλας δὲ ἀνδρὶ ἐκδεδομένας καὶ συνοικούσας ἤδη ἀποσπάσας, πλὴν μιᾶς, τὰς ἄλλας ἐμίσησε πάσας· δὲ ἂν κἀκείνην ἐμίσησεν, εἰ ἐπὶ πλεῖον ἐβεβιώκει. καὶ ἐς τὴν μητέρα, καὶ τὰς ἀδελφὰς, τήν τε τήθην τὴν Ἀντωνίαν πολλὰ εὐσεβῶς ἐνδεικνύμενος· μετὰ ταῦτα τὴν μὲν τήθην ἐπιτιμῶσάν τι αὐτῷ εἰς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησε· τὰς ἀδελφὰς δὲ φθείρας ἁπάσας, εἰς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν. ἡ γὰρ τρίτη προετεθνήκει. καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐποίησε, καὶ τὸν Τιβέριον ὡς ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον διέβαλλεν, ὥστε καὶ ἄλλους ἐκ τούτου χαριεῖσθαί οἱ νομίσαντας πολλῇ τινι εἰς παρρησίαν χρήσασθαι. εἶτα ἐπῄνει τε καὶ ἐσέμνυνεν, ὥστε καὶ κολάσαι τινὰς ἐφ' οἷς κατ' ἐκείνου εἰρήκεσαν, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας ἐκεῖνον ἐκάκιζε, καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας ὡς φίλους ἐκείνου ἐμίσει, καὶ παμπληθεῖς ἀπέκτεινε τῶν κατὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τὸν Τιβέριον ἐρεθισάντων, καίτοι τὴν ὀργὴν αὐτοῖς ἀφεῖναι λέγων, καὶ τὰ γράμματα καταφλέξαι αὐτῶν. καὶ ναοὺς δ' ἑαυτῷ καὶ θυσίας ὡς θεῷ γίνεσθαι ἐκέλευσεν. αἰτούμενός τέ τι, ὠργίζετο, καὶ αὖθις ἐμήνιεν ὡς μὴ αἰτούμενος, ὀξὺς ἐπί τινας πράξεις ἐφέρετο, καὶ νωθέστατα ἐνίας μετεχειρίζετο, τά τε χρήματα καὶ ἀφειδέστατα ἀνήλισκε, καὶ ῥυπαρώτατα ἠργυρολόγει, τοῖς τε θωπεύουσιν αὐτὸν καὶ τοῖς παρρησιαζομένοις καὶ ἤχθετο ὁμοίως καὶ ἥδετο. καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα ἀδικήσαντας ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ μηδὲν ἀδικοῦντας ἀπέκτεινε. καὶ τῶν ἑταίρων τοὺς μὲν ὑπερεκολάκευε, τοὺς δὲ ὑπερύβριζε. διὰ ταῦτα δὲ τὸ σύμπαν οἱ Ῥωμαῖοι τότε προσεδόθησαν αὐτοκράτορι, ὥστε τὰ τοῦ Τιβερίου ἔργα, καί-

» τοι δεινὰ ὄντα παγχάλεπα, τοσοῦτον τὰ τοῦ Γαΐου ὑπερέχειν,
» ὅσον κρείττω ἐκεῖνον τοῦ Αὐγούστου ἐδόξαζον. ὁ Τι-
» βέριος μὲν γὰρ ἦρχε, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς τὸ

αὐτοῦ ἐκέχρητο βούλημα. ὁ Γάϊος δὲ ἤρχετο μὲν ὑπὸ τῶν ἁρματηλατούντων, καὶ ὑπὸ τῶν ὁπλομαχούντων· ἐδούλευε δὲ καὶ τοῖς ὀρχησταῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς περὶ τὴν σκηνήν. τὸν γοῦν Ἀπελλῆν τῶν τότε τραγῳδῶν τὸν δοκιμώτατον, καὶ δημοσιεύων συνόντα αὐτῷ εἶχεν ἀεί, καὶ χωρὶς μὲν ἐκεῖνος, χωρὶς δ' οἱ λοιποὶ, πάνθ' ὅσα ἂν οὗτοι δήμου θεάτρου τολμήσειαν, ἐπ' ἐξουσίας ἐποίουν. καὶ αὐτῶν τὰ μὲν πρῶτα θεατὴς καὶ ἀκροατὴς ἐγίνετο, συσπουδάζων καὶ ἀντισπουδάζων τισίν. εἶτα καὶ ἅρματα ἤλασε, καὶ ὡπλομάχησεν. ὠρχήσατό τε ἐκεῖ, καὶ τραγῳδίαν ὑπεκρίνετο. ἅπαξ δὲ τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας νυκτὸς ὡς ἐπί τι ἀναγκαῖον μεταπεμψάμενος, ὠρχήσατο. ἐν δὲ τῷ ἔτει ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐτελεύτησε, τούς τε βουλευτὰς καὶ τοὺς ἱππέας καὶ τὸν δῆμον ἐκολάκευε, πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἄγων ἔτος. καὶ τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις ἀπέλυσε, τά τε ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας κατέλυσε, καὶ τὰ περὶ αὐτῶν τοῦ Τιβερίου γράμματα, ὡς ἔλεγεν, ἔκαυσεν. ἐπῃνεῖτό τε ὑπὸ τούτοις. εἶτα ὑπάτευσε, τὸν θεῖον τὸν Κλαύδιον προσλαβών. οὗτος δὲ ἱππεὺς ὢν, τότε πρῶτον καὶ ὑπάτευσε καὶ ἐβούλευσεν, ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη γεγονώς. ὁ δὲ πενθερὸς αὐτοῦ Μάρκος Σιλανὸς, ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ἦν, προπηλακιζόμενός τε καὶ περιυβριζόμενος, διεχειρίσατο ἑαυτὸν, καίτοι παρὰ τοῦ Τιβερίου σφόδρα τιμώμενος. ὁ δὲ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ

[Greek margin notes: ὅτι καὶ ἀσελγέστατος ὁ Γάϊος ἦν. — ὅτι καὶ ἄνατον ἦθος ἦν. — ὅτι ἑαυτῷ ναόν. — περὶ Σιλανοῦ τοῦ πενθεροῦ διαχρησαμένου.]

tertium annum partem ullam retinuit, ſed ſtatim multis egere cœpit. Iiſdem moribus etiam alijs in rebus, & maximus adulter fuit: & cum mulierem quandam uiro deſponſam rapuiſſet, alias iam elocatas & in coniugio uiuentes à maritis abſtraxiſſet, cæteras omnes odio proſecutus eſt, una excepta: quam & ipſam utiq; oſurus fuit, ſi diutius uixiſſet. Erga matrem, ſorores & auiam Antoniam multa piè fecit: poſt, auiam, à qua obiurgatus erat, ad necem uoluntariā compulit. ſorores omnes corrupit, & duas in inſulam relegauit; nam tertia prius obierat. ac multa id genus fecit. Cum Tiberium ut luxurioſum & homicidam criminaretur, alij quoque ſe illi gratū facturos rati, liberius in eum ſunt inuecti. Deinde eundem laudauit & celebrauit, & pœnas de ijs ſumpſit qui illi maledixerāt. Male de eo loquentes uituperabat, laudantes oderat, ut amicos illius. Magnam turbam eorum qui Tiberium contra patrem, matrem & fratres eius irritarant, occidit: quamuis ſe placatum eis eſſe, eorumq; literas cremaſſe diceret. Templa ſibi & ſacrificia ut Deo fieri iuſſit. Si quid petebatur, iraſcebatur: ſi nihil petebatur, rurſus ſuccenſebat. Res quaſdam celerrimè aggrediebatur, nonnullas tardiſsimè ſuſcipiebat. Pecuniam ut per ſummam temeritatem effundebat, ita ſordidiſsimè comparabat. Tam adulatoribus quàm monitoribus ex æquo & delectabatur, & offendebatur. Multos grauiſsimis facinoribus conſtrictos puniebat, multos planè inſontes occidebat. Amicorum alijs immodicè aſſentabatur, alios extremis contumelijs afficiebat. Tali deniq; imperatori tum Romani ſunt «
traditi, ut Tiberij facinora quantumuis atrocia «
à Caij ſceleribus tanto interuallo uincerentur, quanto Auguſtus princeps utroq; melior habebatur. Nam Tiberius imperabat, & aliorum miniſterio ad explendā libidinem ſuam utebatur. At Caius aurigis & gladiatoribus parebat, & ſaltatoribus cæteriſq; ſcenicis ſeruiebat. Apellem quidem tragœdorum eius ætatis principem, etiam in publico ſemper habebat ſecum, ac priuatim & ille & cæteri pro autoritate faciebant ea, quę id genus hominū data licētia audere ſolēt. Ac principiò quidē ſe illis & ſpectatorem & auditorē præbebat, & aliquibus uel fauebat uel aduerſabaī. Deinde aūt & currus agitauit, & cum gladiatorib. in arenam deſcendit, & ſaltauit, & tragœdias egit. Semel primorib. ſenatus, ut in re admodū ſeria noctu accerſitis, ſaltauit. Eo anno quo Tiberius obijt, Senatui, equeſtri ordini & plebi aſſentatus eſt, annum agens V & XX, & uinctos carcere eduxit, & crimina læſæ maieſtatis ſuſtulit, literis Tiberij ea de re crematis, ut aiebat. Quas ob res laudabaī. Deinde conſulatum geſſit, aſcito collega Claudio patruo. Is enim cum eques eſſet, tum primum & conſul & ſenator factus eſt, annos VI & XL natus. At ſocer eius M. Sillanus, à Tiberio in ſummo honore habitus, Caio tum ob uirtutem tum ob affinitatem grauis, cum iniurijs & contumelijs agitaretur, ſeipſum interfecit. Caius uerò filia eius

[Latin margin notes: Libidines & crudelitas. — Inconſtantia & peruerſitas. — M. Sillani interitus.]

eiecta,

eiecta, Corneliam Oreſtinam duxit, in ipſis nuptijs, quas unà celebrabat, C. Calpburnio Piſoni ſponſo ereptã. Quamuis autem talis eſſet, tamen nõnulla laude digna fecit. Nam incendio cum militib. extincto, ſubleuauit eos quibus ignis nocuerat: & equeſtri ordine ad paucitatem redacto, præcipuos ex uniuerſo imperio accerſitos, in eum allegit, & ſuffragia comitiorũ populo reſtituit. & alia id genus egit, quę cũ delictis cõparata nullo in numero erunt. Nam cum multos occideret, acerbũ id quidem erat tantam perire multitudinẽ: ſed illud multo acerbius, quòd cædibus uſque adeò delectabatur, & ſpectaculo ſanguinis ſatiari nõ poterat. Nam ea ſęuitia fuit, ut cum aliquando condemnati non ſatis multi eſſent, qui beſtijs obijcerẽtur: iuberet è turba quę tabulatis inhęrebat, aliquot illis obijci. quibus ne uociferari & quiritari poſſent, linguas in primis præcidit. Multos alia cauſa ſimulata, propter bona occidit. Mors quoque Druſillę ſororis eius, nõ paucis exitio fuit, quę M. Lepido eius amaſio ſimul & amatori nupta, fratri quoque ſui copiã faciebat. Eam mortuã præter alios honores in numerũ deorum retulit. Paulo pòſt Lolliam Paulinã duxit, coacto marito eius, ut eam ſibi deſponderet: ne in leges cõmitteret ſcilicet, ſi eam ſine ſponſalibus duxiſſet. Cum aliquãdo in angiportu multũ cœni uidiſſet, id in ędilis et eius qui uijs purgãdis præerat ueſtimẽta conijci iuſsit. Tum aũt ædilis erat Veſpaſianus. Qui cum pòſt, imperiũ quoque turbatũ & confuſum tranquillitati reſtitutũ adornaſſet: illud non ſine numine factũ, ſed planè ciuitas ei ad corrigenda uitia tradita eſſe à Caio, putabatur. Cædium nullũ faciebat modũ, nec eius domicatus aliud quàm carnificina erat. & ut plebi nulla in re gratificabatur, ſic illi admodũ inuiſus erat. Ac præter alia multa dicta & facta minimè grata, illud ęgerrimè ferebat, quòd populus per ſpeciẽ honoris acclamabat, Adoleſcẽs Auguſte. Nec enim ſe feliceem prædicari credebat, quòd adoleſcens imperaret: ſed accuſari, quòd tantilla ętate tantũ imperium obtineret. Pecuniã quouis modo parabat, alias atque alias quęſtus occaſiones captãs: neque quiſquam uel uir uel mulier mulctã effugiebat. Quòd ſi quis prouectioris ætatis uiuere patiebatur: eos patres & auos, & matres & auias appellãdo, tũ uiuentiũ adhuc bonis fruebatur, tum defunctorũ hæreditatẽ cernebat. Cũ ei libido inceſsiſſet in mari aliquo modo aurigãdi & equitãdi, fretum quod inter Puteolos & Baulos eſt, põte iũxit. Is uerò locus e regione urbis eſt, VI & XX ſtadijs ab ea diſtãs. Ad eum pontẽ cũ nauigia partim ædificata, partim cõuecta eſſent: ingẽs fames in tota Italia, & Romę in primis fuit. Ipſe uerò Alexãdri, ut aiebat, thoracẽ indutus, & ſup eo chlamydẽ ſericã purpurei coloris, multo auro, multis Indicis gẽmis ornatã, gladio accinctus: ſumptoque clypeo, & querna corona redimitus, feſtinanter in urbẽ quaſi cõtra hoſtes cũ maximo equitũ & peditũ armatorũ numero introiuit: & alijs id genus rebus pro cõcione gloriãdo, Dariũ & Xerxẽ deriſit, quòd ipſe lõgè maius quàm illi ſpaciũ maris põte occupaſſet.

Roſæ paucæ inter multas ſpinas.

Cædiũ delectatio.

Druſilla Caij ſoror.

Lollia Paulina.

Veſpaſianus luto maculatus.

Adoleſcens Auguſte.

Filium locupletem ſenum & anum.

Pons Puteolanus.

Alexandri thorax.

ἐκβαλὼν, ἔγημε κορνηλίαν ὀρεστίναν, ἣν γε αὐτὸς τοῖς γάμοις ἀφήρπασεν, οἷς συνεώρταζε τῷ ἐγγεγυημένῳ αὐτὴν γαΐῳ καλπουρνίῳ πίσωνι. καί τοι δὲ τοιοῦτος ὤν, ἔπραξέ τινα καὶ ἐπαίνου ἄξια. ἐμπρησμὸν γὰρ μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας, ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσι· τοῦ τε τῶν ἱππέων τέλους ὀλιγανδροῦντος, ἐξ ἁπάσης ἀρχῆς τοὺς πρώτους μεταπεμψάμενος, κατέλεξε, καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ δήμῳ ἀπέδωκε. καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα ἐποίησεν. ὑπεναντία δὲ εἰργάζετο πολλαπλάσια, καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν. ἦν δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων ἔτι δεινόν· ἐκεῖνο δὲ δεινὸν ὄν, ἀλλ' ὅτι τοῖς τε φόνοις αὐτῶν ὑπερέχαιρε, καὶ ἀπλήστως εἶχε τῆς θέας τοῦ αἵματος. ὑπὸ γοῦν ὠμότητος ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναί τινας, καὶ παραβληθῆναι αὐτοῖς. καὶ ὅπως μήτε ἐπιβοήσασθαι, μήτε αἰτιάσασθαι δυνηθῶσι, τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμον. πολλοὺς δὲ καὶ διὰ τὰς οὐσίας ἐφόνευσεν, ἑτέρας σφίσιν ἐπικαλῶν. καὶ ὁ τῆς δρουσίλλης τῆς ἀδελφῆς θάνατος οὐ μικρὰς διέφθειρεν, ἣ συνῴκει μὲν μάρκῳ λεπίδῳ παιδικὰ ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστῇ ὤν, συνῆν δὲ καὶ ὁ γάιος. ἀποθανοῦσαν οὖν πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἠξίωσεν, εἶτα καὶ ἀπεθέωσε. μετ' ὀλίγον δὲ ἔγημε λολλίαν παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐγγυῆσαι αὐτῷ τὴν γυναῖκα βιάσας, ἵνα μὴ ἀνέγγυον αὐτὴν λαβὼν, παρανομήσῃ. ἐν στενωπῷ δέ ποτε πηλὸν πολὺν θεασάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὰ τοῦ ἀγορανομοῦντος τότε καὶ τῶν ὁδῶν καθαρσίως ἐπιμελουμένου ἱμάτια ἐμβληθῆναι. οὐεσπασιανὸς δὲ τότε ἦν ἀγορανομῶν. ὅθεν ὕστερον ἐκείνου καὶ τὰ πράγματα τεταραγμένα καὶ πεφυρμένα παραλαβόντος καὶ καταστήσαντος, ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ τὸ τότε συμβὰν γεγονέναι, ἀλλ' ἄντικρυς αὐτῷ τὴν πόλιν πρὸς ἐπανόρθωσιν παρὰ γαΐου ἐγχειρισθῆναι δεδωκέναι. πολλοὺς δὲ ὁ γάιος ἐφόνευε, καὶ ἦν ἔξω τῶν φόνων οὐδὲν, καὶ οὐδὲ τῷ πλήθει τι ἐχαρίζετο, ἀλλ' ἀκόντι πάνυ αὐτῷ ἀπηχθάνετο. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα αὐτῷ μὴ ἀρέσκοντα ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον, πρὸς δὲ τοῖς ἀγανακτεῖ δεινῶς, οἱ δοκοῦντες μεγαλύνειν αὐτὸν, νεανίσκε αὔγουστε ἐπεβόων. οὐ γὰρ μακαρίζεσθαι ἡγεῖτο, ὅτι νέος ὢν ἐμονάρχει, ἀλλ' ἐγκαλεῖσθαι ὅτι ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ τηλικαύτην εἶχεν ἀρχήν. ἐχρημάτιζε δὲ ἐκ τρόπου παντὸς, ἀργυρισμοῦ ἄλλοτε ἄλλας ἐφευρίσκων λαβάς, καὶ ἀζήμιος τῶν γε ἐχόντων οὐδεὶς οὐκ ἀνὴρ οὐ γυνὴ καταλέλειπτο· ἐκείνας δὲ τῶν ἀφηλικεστέρων ζῆν εἴα, ἀλλὰ πατέρας τε καὶ πάππους, μητέρας τε ὀνομάζων καὶ τήθας, καὶ ζῶντας ἐξεκαρποῦτο, καὶ τελευτώντων τὰς οὐσίας ἐκληρονόμει. ἐλάσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ καὶ διιππεῦσαι ἐπιθυμήσας, καὶ ἐγεφύρωσε τὸ μεταξὺ τῶν ποτιόλων καὶ τῶν βαύλων. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο καταντιπέραν τῆς πόλεώς ἐστι, διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι, πλοῖα δὲ ἐς τὴν γέφυραν τὰ μὲν κατεσκευάσθη, τὰ δὲ ἠθροίσθη. ἀφ' οὗπερ καὶ λιμὸς ἔν τε τῇ ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ ῥώμῃ μάλιστα ἰσχυρὸς ἐγένετο. ὁ δὲ τὸν τοῦ ἀλεξάνδρου ὥς ἔλεγε θώρακα ἐνδυσάμενος, καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ λίθους ἰνδικοὺς ἔχουσαν, καὶ ξίφος παραζωσάμενος, καὶ ἀσπίδα λαβὼν, δρυΐ τε στεφανωσάμενος, ὡσανεὶ καθ' τῶν πολεμίων ἐς τὴν πόλιν ἤλασε, παμπληθεῖς ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ὡπλισμένους ἐπαγόμενος, καὶ ἄλλα δέ τινα τοιαῦτα ποιήσας, καὶ ἑαυτὸν ἐκσεμνύνας ἐν δημηγορίᾳ διὰ ταῦτα, ὅτι τὸν δαρεῖον καὶ τὸν ξέρξην ἀπέσκωπτεν, ὡς πολλαπλάσιον ἢ ἐκεῖνοι τῆς θαλάσσης μέτρον ζεύξας αὐτός.

ὅτι καί τινα καλὰ ὁ γάιος ἔπραξεν.

ὅπως συνῆγεν ὁ γάιος χρήματα.

αἰτία δὲ θανάτου πολλοῖς καὶ αὕτη ἡ γέφυρα γέγονε. χρημάτων γὰρ ὡς εἰς αὐτὴν ἀναλωθέντων ἀμυθήτων, πολλῷ πλείοσι διὰ τὰς οὐσίας ἐπεβούλευσεν· ὥστε Ἰούνιος μὲν Πρίσκος στρατηγός, ἐπ' ἄλλοις μὲν ὑπ' ἄλλοις τισίν, ἀπέθανε δὲ ὡς πλούσιος. μαθὼν δ' ὁ Γάιος ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ θανάτου ἐκέκτητο, ἀπεφθέγξατο, ἐξηπάτησέ με, καὶ μάτην ἀπώλετο, ζῆν γὰρ ἠδύνατο. Ἄφερ δὲ Δομίτιος παρὰ μικρὸν κινδυνεύσας, παράδοξον ἐσώθη. ἐπί τινι γὰρ αἰτίᾳ ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀγαγὼν αὐτόν, λόγον κατ' αὐτοῦ ἀνέγνω μακρόν. νικᾶν γὰρ ἠξίου πάντας τοὺς ῥήτορας, καὶ τὸν Δομίτιον δεινότατον ὄντα ἁπάντων, ὑπερβαλεῖν ἐσπούδαζεν· ὁ δ' οὔτε ἀντεῖπεν, οὔτ' ἀντεπελογήσατο, θαυμάζειν δὲ τὴν τοῦ Γαΐου δεινότητα προσποιούμενος, καὶ καταπεπλῆχθαι, καὶ ἱκέτευε καὶ ἐδεῖτο, τὸν ῥήτορα μᾶλλον ἢ τὸν Καίσαρα φοβεῖσθαι λέγων. καὶ ἐπὶ τούτοις ἡσθεὶς ἐκεῖνος, καὶ πιστεύσας τῇ τοῦ λόγου δεινότητι κεκρατηκέναι αὐτοῦ, ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς. ἐπὶ δὲ τὰς Γαλατίας ἀφορμήσας, ὡς τάχα τῶν Κελτῶν κεκινηκότων, καὶ τοὺς μὲν πολεμίους οὐδέν τι ἔβλαψε, τοὺς δ' ὑπηκόους καὶ τοὺς συμμάχους καὶ τοὺς πολίτας πλεῖστα ἐκάκωσε. κυβεύων δέ ποτε, καὶ γνοὺς ὡς οὐκ ἔχει ἀργύριον, ᾔτησε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφάς, καὶ κελεύσας θανατωθῆναι τοὺς πλουσιωτάτους αὐτῶν, ἐπανῆλθε πρὸς τοὺς συγκυβευτὰς καὶ ἀπέφηνεν· ὑμεῖς περὶ ὀλίγων δραχμῶν ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ μυρίας καὶ πεντακισχιλίας ἤθροισα μυριάδας· οὕτως ἀκρίτως πάντα ἐγίνετο. καὶ τὸν Λέπιδον δ' ἐκεῖνον, τὸν ἐραστήν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, ὃν ὑπερετίμησε, καὶ διάδοχον ἔσεσθαι τῆς ἀρχῆς ἐπηγγέλλετο, ἔκτεινε· καὶ τὰς ἀδελφὰς τὰς οἰκείας, ὡς ἐκείνῳ συμφθαρείσας, εἰς τὰς Ποντίας νήσους ἀπήγαγε, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα πεποίηκεν. εἶτα τὴν Παυλῖναν ἐκβαλών, προφάσει μὲν ὡς μὴ τικτούσης, τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι διακορὴς ἐκείνης ἐγένετο, Μιλωνίαν Καισωνίαν ἔγημεν, ἣν πρότερον μὲν ἐμοίχευε, τότε δὲ καὶ γαμετὴν ἔχειν ἠθέλησεν, ἐπειδὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἦν, ἵν' αὐτῷ παιδίον τέκῃ τριακονθήμερον. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταράττοντο μὲν ἐκ τούτων, ἐταράττοντο δὲ καὶ ὅτι δίκαι συχναὶ πλεῖσται ἐπήγοντο διά τε τὴν πρὸς τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς πεφονευμένους φιλίαν, προσεδόκων τε καὶ διὰ πλείονος τήν τε ὠμότητα τοῦ Γαΐου καὶ τὴν ἀσέλγειαν αὐξήσειν, εἰ ὁ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνος πλείων γένοιτο. καὶ οἱ μὲν οὕτω διέκειντο πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ καὶ τὸν Πτολεμαῖον τὸν τοῦ Ἰόβα παῖδα μεταστειλάμενος, ὡς πλουτοῦντα κἀκεῖνον ἀπέκτεινεν. οὐκ ἦν δὲ τὸν τρόπον βιοῦντα μὴ ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ἐφώρασε τὴν ἐπίθεσιν. καὶ συλλαβὼν Νίκιον Κερεάλιον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σέξτον Παπίνιον, ἐβασάνισε, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἐξελέγχετο, αὐτῷ Παπινίῳ σωτηρίαν αὐτῷ καὶ ἄδειαν ὑποσχόμενος, κατειπεῖν πείσας τινὰς ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, καὶ ἐκεῖνον αὐτίκα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. ἑνὸς δὲ τῶν σφαζομένων καὶ τὸν πατέρα παρεῖναι κατηνάγκασε, τοῦ δὲ φονευομένου πυθομένου, εἰ μύσαι αὐτῷ ἐξείη, καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι προσέταξεν. ὁ δὲ κινδυνεύων, προσεποιήσατο ἐκ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἐκφαίνειν ὑπέσχετο, καὶ ὀνόμασε τούς τε ἑταίρους τοῦ Γαΐου, καὶ τοὺς συνεργοὺς τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς ὠμότητος. καὶ πολλοὺς ἂν ἀπώλεσεν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑπάρχους, καὶ τὸν Κάλλιστον, καὶ τὴν Καισωνίαν προσδιαβαλὼν ἠπιστήθη. καὶ ὁ μὲν ἀπέθανεν, τῷ δὲ Γαΐῳ τὸν ὄλεθρον αὐτὸ τοῦτο προεξενήκασιν. ἰδίᾳ γὰρ τούς τε ὑπάρχους καὶ τὸν Κάλλιστον προσκαλεσάμενος· „εἷς εἰμί, ἔφη, τρεῖς „δὲ ὑμεῖς, καὶ γυμνὸς μὲν ἐγώ, ὡπλισμένοι δ' ὑμεῖς. „εἰ οὖν μισεῖτέ με, καὶ ἀποκτεῖναι θέλετε, φονεύσατε.

ἐξ ἐκεί

ὅτι περὶ φόνου [illegible] (margin)

ὅτι περὶ [illegible] (margin)

περὶ ἐπιβουλευόντων Καίσαρι [illegible] (margin)

Is quoque pons multis cauſa mortis extitit. Nam pecunia in eum inſumpta innumerabili, longè pluribus propter diuitias eſt inſidiatus. Itaque Iunio Priſco prętore alijs quidē criminibus accuſato, ſed pro diuite interfecto: Caius ubi didicit, nihil eum morte dignū poſsidere: Decepit „ me, inquit, fruſtraque perijt, cum uiuere potuiſſet. „ Domitius uerò Afer periculo proximus, mirabiliter euaſit. Nam cum Caius in curia longam contra eum orationem recitaret (omnes enim oratores ſe uincere putabat, & Domitium uirum eloquētiſs. ſuperare conabatur) neque quicquam contrà dixit, neque ſe defendit, ſed eloquentiam hominis ſe mirari, eaque obſtupeſcere ſimulans, orabat & ſupplicabat, ſeque oratorē magis „ timere quàm Cęſarem profitebatur. Quibus rebus „ ille delectatus, & Domitiū à ſe dicendi ui ſuperatum credens, iraſci deſijt. Deinde in Galliam ad motus Celtarū ſupprimendos profectus, hoſtibus quidē nihil nocuit, ſed ſubditos & ſocios & ciues plurimum afflixit. & cum aliquādo in luſu aleæ ſibi deeſſe pecuniā ſenſiſſet, Gallorum deſcriptiones poſtulauit, ac ditiſsimis interfici iuſsis, ad colluſores reuerſus: Vt uos, inquit, de paucis drachmis laboratis? Ego uerò interea „ decies quinquagies millies mille coegi. Adeò „ temerè faciebat omnia, & Lepidum illum, amatorem, amaſium, Druſillæ maritum, quem ſummis affecit honoribus, quem ſe imperij ſucceſſorem relicturū promiſit, interfecit: & ſorores ſuas: ut ab illo corruptas, in Pōtias inſulas relegauit, & alia huiuſmodi fecit. Deinde Paulina, cum cum ſatietas mulieris cæpiſſet, per cauſam ſterilitatis eiecta, Miloniā Cæſoniam duxit: quam prius ſtupro cognitam, tum uerò quia uterū ferebat uxorem habere uoluit, ut ſibi puer XXX dierū naſceretur. Romani igitur tum his rebus, tum crebris ob amicitiā cum ſororibus eius & interfectis accuſationibus turbati, ſæuitiā eius & libidines auctū iri expectabant, ſi diutius imperaret. Quibus ſic affectis, ille Ptolemæum Iubę filiū accerſitū, ut diuitē interfecit. In hac uitę ratione fieri nō poterat, quin appeteretur inſidijs, eaſque deprehēdit: Nicium Cerealē, & filiū eius S. Papiniū, cōprehēſos torſit. Cū nihil eſſaretue Papinius, ſalute & impunitate promiſſa ei perſuaſit, ut aliquos ſeu uerè ſeu falſo nominaret. eūque ſtatim, & cæteros in cōſpectu eius interfecit. & cuiuſdā occidēdi, patrē cędi filij intereſſe coegit: qui cū rogaret, an oculos claudere liceret, ipſum quoque mactari iuſsit. Is uerò in periculo conſtitutus, ſe ex inſidiatorib. unū eſſe ſimulauit, & cęteros omnes indicaturum pollicitus, amicos Caij miniſtroſque libidinum eius & ſæuitię nominauit, ac multis exitio fuiſſet, niſi & præfectos, & Calliſtū & Cæſoniā quoque criminato fides abrogata eſſet. Ac is quidē perijt, ſed illud ipſum factū Caio quoque pernicie attulit. Nam præfectis & Calliſto ſeorſim accerſitis: Vnus, inquit, „ ego ſum, uos tres eſtis: ego nudus, uos armati. „ Quòd ſi me odiſtis, & occidere uultis, occidite.

Abeo

Iunij Priſci cædes. (margin)

Domitius Afer tyranni ſæuitiam eludit. (margin)

Decies quinquies millies mille aurei ad luſum aleæ. (margin)

Lepidi cædes. (margin)

Cęſonia. (margin)

Inſidiatorū cædes. (margin)

Protogenis gladius & pugio. *Caius in omnes mutatur deos.* *Galli ſutoris libertas.* *L. Vitellij prudens ſimulatio.* *Caij noui illuſtris Iouis templum.* *Caius Salmoneum imitatur.* *Caſſius Chærea & Cornelius Sabinus Caium tollunt.*

Ab eo tẽpore ſe inuiſum illis facta ſua ægrè ferentibus eſſe ratus, gladiũ etiam in urbe geſtauit: & homines ſuſpectos inter ſe commiſit, ne conſentirent, cum unoquoq; tanq; fidiſsimo de cæteris colloquens, donec eius conſilio perſpecto, eum inſidiatoribus condonarũt. Cum ſenatores ob quoſdã non condemnatos in metu eſſent: Protogenes quidam, ſæuiſsimorum Caij mandatorũ miniſter, duos circumferre libellos ſolitus, quorũ alterum enſem, alterũ pugionem uocabat, curiam ingreſſus: cum omnes ei dexteras porrigerẽt ſcilicet, toruo uultu Scribonium Proclum intuitus: Et tu me, inquit, ſalutare audes, Imperatori iam infenſus? Quo cæteri audito, ſenatorem illum diſcerpſerunt. Ea re delectatus Caius, ſe recõciliatum eſſe ſenatui dixit. Omnibus ei aſſentantibus, & alijs Heroẽ, alijs Deũ appellantibus, in magnã incidit inſaniam. Nam prius etiam humana conditione maior haberi uolebat, & ſe Iouem eſſe, & cum Luna rem habere iactabat, eaq; de cauſa potiſsimùm ſe cõſuetudine ſororum uti profitebatur, & deorum dearumq; omniũ perſonas agebat. Fiebat Iuno, Diana, Venus, & pro nominũ mutatione habitũ quoq; mutabat. Proinde aliàs effœminatus cernebatur, craterẽ & thyrſum geſtans: aliàs uirilis, claua & leonina pelle ornatus: aliàs imberbis, aliàs barbatus, & tridentẽ ſuſtinebat, & fulmen uibrabat, & uirginem uenatricẽ referebat. atq; iterum muliebrem habitum omnibus aſcititijs & appoſititijs rebus exquiſitè repræſentabat, ac quiduis potius q; homo imperator uideri malebat. Cum igitur aliquando Iouis habitu in ſublimi ſella ius diceret: Gallus quidam eo uiſo riſit. & à Caio rogatus, Quis ei eſſe uideretur? reſpondit, magnum delyramentũ, nihil graue paſſus. Nã cum ſutor eſſet, negligebatur. Salutauit paucos. cæteris, etiã ſenatoribus, manum aut pedem porrexit adorandũ. Cum omnes ei adularentur, aliquãdo ad L. Vitellium, uirum nobilem & cordatum, dixit, ſe cum Luna rem habere: eumq; rogauit, an deæ congreſſum uidiſſet? Is uerò humũ intuens inſtar admirantis, exigua & tremula uoce: Vobis, inquit, diuis duntaxat domine, inuicẽ intueri fas eſt. In eam porrò inſaniam Caius uenit, ut ab Aſianis Mileti templum ſibi iuberet extrui. Sunt & Romæ duo ei templa condita: quorum alterum ipſe in palatio ſibi extruxit, alterum à ſenatu ei & decretum eſt, & ædificatum. Cum Ioue expoſtulabat, quòd Capitoliũ præoccupaſſet. Imagines ſuas quóuis terrarum miſſas adorari iuſſit. Templũ Hieroſolymitanũ in ſuã ędem commutauit, ut Caij noui illuſtris Iouis appellaret: quãuis hoc Ioſephus in ſuis Antiquitatib. diſsimularit. eaq; res Iudaicæ defectionis initiũ fuit. Sacerdotes ſibi multos legit, & ipſe ſibi immolauit. Machinis quibuſdã tonitrib. tonitrua, fulgurib. fulgura regeſsit. cõtra fulmina lapides eſt eiaculatus, illud Homericũ ſubinde uſurpãs: Tollito me, uel ego te. Sub hoc Cęſare Pilatus, ut Euſebius ex Olympiadũ ſcriptorib. refert, in tantas calamitates incidit, ut diuina uindicta urgente, manus

περὶ Πρωτογένους καὶ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. *οἵαν ἐμάνη μανίαν ὁ γάϊος.* *περὶ τοῦ γαλάτου τοῦ δείξαντος παρρησίαν.* *ὅτι αὐτὸν ὁ λούκιος φρονίμως παρελογίσατο.* *ὅτι ἀνέστη ὁ γάϊος ναοὺς αὐτοῦ ἐν ἀσίᾳ [illegible], καὶ τὸν ἐν ἱεροσολύμοις ναὸν ἀνέθηκε.* *περὶ τοῦ πιλάτου.*

ἐξ ἐκείνου δὲ μισεῖσθαι νομίζων, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς πραττομένοις ἐκείνους, ὑποπτεύων σφᾶς, καὶ ξίφος κἀν τῇ πόλει παρεζώννυτο, καὶ συνέβαλλεν αὐτοὺς ἀλλήλοις, ὅπως μὴ συμφρονῶσι, κατὰ μόνας ἑκάστῳ ὡς πιστοτάτῳ διαλεγόμενος περὶ τῶν λοιπῶν, μέχρις οὗ συνιδόντες τὸ ἐπιχείρημα, προσέκειντο αὐτοῦ τοῖς ἐπιβουλεύουσι. τῶν δὲ βουλευτῶν ὅτι μὴ κατεψηφίσαντό τινων, περιφόβων ὄντων, πρωτογένης τις πρὸς τὰ χαλεπώτατα τῷ γαΐῳ ὑπηρετῶν, ὃς καὶ βιβλίδια δύο περιέφερεν, ὧν τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ὠνόμαζεν ἐγχειρίδιον, εἰσελθὼν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ πάντων δεξιουμένων αὐτὸν, οἷα εἰκὸς, δριμύ τι προσέβλεψεν ἑνὶ σκριβωνίῳ πρόκλῳ, εἰπών, καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ παρόντες, περισχόντες τὸν συμβουλευτὴν, καὶ διεσπάσαντο. ἐφ᾽ ᾧ ἥσθη ὁ γάϊος, καὶ ἔφη καταλλάχθαι αὐτοῖς. ἐπαινούντων δὲ αὐτὸν, καὶ τῶν μὲν ἥρωα, τῶν δὲ θεὸν ἐπικαλούντων, δεινῶς ἐξεφρόνησεν. ἀξιῶν μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι, καὶ τῇ σελήνῃ συγγίνεσθαι, καὶ ζεὺς εἶναι ἔπλαττε, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ταῖς ἀδελφαῖς προεφασίζετο μίγνυσθαι, καὶ πάντας θεοὺς ὑπεκρίνετο, καὶ τὰς θηλείας αὐτάς. καὶ ἥρα, καὶ ἄρτεμις, καὶ ἀφροδίτη ἐγίνετο, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ πᾶν τὸ σχῆμα μετήμειβεν, ὥστε ποτὲ μὲν θηλυδρίαν ὁρᾶσθαι αὐτὸν, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον φέρειν, ποτὲ δὲ ἀρρενωπὸν, καὶ ῥόπαλον καὶ λεοντῆν φορεῖν· καὶ αὖθις λειογένειον, ποτὲ δὲ πωγωνίαν δείκνυσθαι, τρίαιναν ποτὲ κρατεῖν, καὶ αὖ τὸν κεραυνόν. παρθένῳ τε κυνηγετικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ ἐγυναικίζετο αὖθις, καὶ τῇ στολῇ καὶ τοῖς προσθέτοις καὶ περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλλετο, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος δοκεῖν αὐτοκράτωρ ἐβούλετο. καί ποτε ἰδών τις αὐτὸν ἀνὴρ γαλάτης ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ὡς δία χρηματίζοντα, ἐγέλασε. μαθὼν οὖν ὁ γάϊος, ἐκάλεσεν αὐτὸν καὶ ἤρετο, τί σοι δοκῶ εἶναι; ὁ δὲ ἄκων, μέγα παράληρημα ἔφη, καὶ οὐδὲν ἔπαθε δεινόν. σκυτοτόμος γὰρ ὤν. ἀσπάζετό τε βραχεῖς, τοῖς δ᾽ ἄλλοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα ὤρεγε προσκυνεῖν. πάντες δὲ αὐτὸν ἐκολάκευον. καί ποτε τὸν λούκιον οὐιτέλλιον ἄνδρα εὐγενῆ καὶ φρόνιμον ὄντα ἤρετο, τῇ σελήνῃ μίγνυσθαι λέγων, εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ. ὁ δὲ κάτω νεύων, οἷα δὴ τεθηπὼς, καὶ βραχύ τι φθεγξάμενος καὶ ὑπότρομον, ὑμῖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾶν ἔξεστιν. οὕτω δ᾽ ἐξεμάνη ὁ γάϊος, ὡς καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀσίᾳ τέμενος ἑαυτοῦ ἀνεγεῖραι κελεῦσαι κατὰ τὴν μίλητον, καὶ ἐν τῇ ῥώμῃ δύο ναοὺς αὐτῷ ἱδρύσαντο· τὸν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτῷ ψηφισθεὶς καὶ ᾠκοδομήθη. ἐπεκάλει δὲ καὶ τῷ διὶ, ὅτι τὸ καπιτώλιον προκατέλαβε, καὶ ἀγάλματα δὲ ἑαυτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπέστελλε, προσκυνεῖσθαι ταῦτα κελεύσας. τὸν δ᾽ ἐν ἱεροσολύμοις ναὸν εἰς οἰκεῖον ἱερὸν μεθαρμόζει, ἵνα διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ γαΐου, ὡς καὶ ὁ ἰώσηπος ἐν τῇ ἀρχαιολογίᾳ· ὅθεν καὶ ἡ τῶν ἰουδαίων ἀποστασία ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἱερέας τε πολλοὺς ἑαυτῷ κατεστήσατο, καὶ αὐτὸς δ᾽ ἑαυτῷ ἱερᾶτο. ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε. καὶ ὁπότε κατασκήψειε κεραυνὸς, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τὸ ὁμηρικόν· ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σέ. ἐπὶ τούτου ὁ εὐσέβιος ἱστορεῖ, ἐκ τῶν τὰς ὀλυμπιάδας ἀναγραψάντων αὐτὸν ἀναλεξάμενος ταῦτα λέγων, ὡς αὐτοῖς περιπέπτωκε συμφοραῖς ὁ πιλᾶτος, ὥστε ἀναγκασθῆναι ἑαυτοῦ γενέσθαι αὐτόχειρα,

